





31080/A

✓





LIBELLUS
PHARMACEUTICUS
COMPOSITA ET PRAEPARATA
PRAECIPUA PRAEPARANDI MO-
DUM ET ENCHEIRESES
EXHIBENS

cui accedunt

T A B U L A E

p r o

compositionum pharmaceuticarum
prospectu faciliori

edidit


JOANNES BERNARDUS KEUP

Medicinae Doctor, Urbis & Satrapiae Solingensis, in Ducatu
Montensi, Medicus ordinarius.

Duisburgi ad Rhenum

in Commissis Fratrum Helwing.

MDCCLXXXIX.





Illustrissimo,
Excellentissimoque Domino,
D o m i n o
Francisco Carolo

S. I. R. Comiti de Nesselrode in Ehreshoven
Serenissimi atque potentissimi Caroli Theodori
Electoris palatino bavarici,

in regimine splendidissimo ducatus Iuliacensis ac Montensis
Cancellario supremo, eminentissimoque, summi dicasterii
belli, reddituumque curam gerentis, ut & summe venerabilis
appellationum Tribunalis Praesidi sapientissimo, nec non
Satrapiae Steinbach Praefecto supremo, longe gravissimo,
ordinisque Sancti Huberti Equiti, &c. &c. &c.

Musarum Protectori ac Promotori
Domino suo Gratosissimo
in publicum Pietatis ac venerationis san-
ctissimae documentum

libellum huncce
submissa mentis devotione
cum voto perpetuae incolumitatis ardentissime

D. D. D.

Joannes Bernardus Keyp
Medicinae Doctor.

Excellency
of the
Prairie
States
and
Territories
and
the
Government
of the
United
States
in
the
Year
1850



Praefatio.

Quae circa libelli huius phar-
maceutici editionem praef-
fanda habeo, pauca sunt. Plerisque
Germaniae medicis hucusque in usu
& quasi liber symbolicus erat Phar-
macopoea Wirtembergica. Eadem

A 2

ego

ego quoque per plures annos usus,
ut nova emendaretur editione, saepe
saepius optavi, mecumque optave-
runt a multis retro annis alii per-
multi. Prodiit quidem tandem Lau-
sannae 1785 editio nova; sed immu-
tata plane, omnibus superfluis —
superstitiosis, non amplius usita-
tis medicamentorum compositorum
formulis referta spem omnium pes-
sime defecit. Denique ex perillustris
Baldingeri promptuarii novi 1787.
vol. IX. parte VI. p. 533. Stutgardiae
novam pharmacopoeae Wirtember-
gicae editionem 1786 in lucem prodi-
isse, video. Verum enim vero quum

in

in ea rasura eboris — ungulae alcis — corallia rubra & alba — margaritae — cranium humanum & talia plura medicamentorum compositorum formulas adhuc ingrediantur *), quid de ea tenendum sit, nemo non facile mecum perspiciet. Quare, dum praesentem libellum secundum Wir-

A 3

tem-

*) Pulchre reformavit famosum pulverem marchionum, quem supra dicta ingrediuntur, Hoffmannus Wimaren sis sequentem in modum: Rec. magnesiae ex sale anglico 3iiij. pulv. rhei 3j. visci querini-foliorum aurantiorum. et 3i f. p. subtilissimus, adde fol. auti Nr. V.

tembergicae pharmacopoeae ordinem digestum typorum beneficio publici iuris fecerim, non inutilem me suscepisse laborem spero. Addidi simul, antehac ab illustri Baldingero in diarii sui vol. II. parte V. 1785 Germanice traditas pro compositionum pharmaceuticarum prospectu facilitiori tabulas. Insignem earum utilitatem iam dudum eruditii statuerunt omnes. Habent namque tali ratione medici & pharmacopoei nostro usui libello plurimarum compositionum pharmaceuticarum naturae penitus indagandae occasionem facillimam, agendorumque normam quasi bre-

vissi-

vissimam. Nullum hinc ipfis locum
adsignari aptiorem, convenientio-
remque potuisse, firmiter mihi per-
suasum erat. Operam dedi prae-
terea, ut earum a me instituta in lin-
guam latinam versio nervosum ubi-
que summi Baldingeri sensum expri-
meret rite, ut clara sic, intellectu-
que facilis evaderet omnibus. Tan-
dem, aequos doctosque censores se-
rena fronte hunc accepturos libel-
lum, maximopere spero; sique cor-
rigenda corrigant, addenda ut ad-
dantur, reiicienda ut reiificantur,
moneant, doceantque, indeque ma-
iorem ipsi concilient utilitatem, id

gratissimo agnoscere animo, iustissimum mihi & iucundissimum erit officium.

Scripsi Solingae in Ducatu Montensi ipsis Iannuarii idibus MDCCLXXXIX,

Dr. J. B. Keup,




TA:

T A B U L A E

p r o

pharmaceuticarum compositionum
prospectu facilitiori.





Tabulae pro meliori compositionum pharmaceuticarum prospectu.

SECTIO PRIMA.

Salia media.

In genere praevie notandum est, ex alcali puro & acido puro composita salia media, salia media perfecta vocari. Salia media imperfecta dicuntur, si una pars constitutiva solummodo salinae, altera autem, sicuti v. g. in alumine, terreae est in-

indolis. Sie dantur salia metallicæ, si acidum saturatur partibus metallicis. Salia media imperfecta audiunt quoque salia anomala. Sal medium appellatur etiam; Sal neutrum, si enim plenarie saturatum est, tunc neque acidum est, neque alcali, sed generis neutrīus — inde quoque salia enixa, vel salia salsa, quoniam cum uno sale, alterum quasi salitum est, nominantur. Ex sale, sali admixto, novum producitur sal. Omne alcali minerale vel vegetabile, fixum, volatileque, cum omni triplicis naturae regni acido salis medijs genus evadit, mox in sicca solida forma; plus, minusve solubile — mox sal medium volatile, difficulter, vel plane non in siccā redigendum formam. Notum porro est, omne sal medium, si sua sponte in crystallos abeat, proprias crystallorum adsumere figurās, encheiresēs crystallos reddere pulchriores, ipsasque crystallos, manente vera salis natura, quoad figurā mutari posse. Siç saturata salium mixtio ad plenariam siccitatem, celeriter imprimit, evaporata informem exhibet massam salinam. Quaedam salium genera, uti tartarus tartaricatus, nullas abeunt in crystallos, sed terrae potius similia conspiciuntur — inter quae terra quoque foliata tartari numeratur. Quaedam in pauca sole

Solvuntur aqua, deliquescent facile, quemadmodum modo dicta. Alia maiorem menstrui portionem, eamque requirunt fervidam.

Omnia salia media ex alcali fixo minerali constantia cubicam amant figuram. Maximas, pulcherrimasque crystallos largitur sal polychrestum Seignette. Ex alcali fixo vegetabili, acidoque vitriolico composita salia media parvas dant, similique crystallos, difficulter in aqua solubiles. Alcali autem vegetabile fixum, aceto vel tartari acido saturatum, in sal medium facile solubile abit.

Alcali animale fluidum acido salis communis saturatum, sal ammoniacum fixum commune largitur, reliquis autem acidis mineralibus impraeognatum salia dat media volatilia. Pelluciditatem crystallis aqua dat sic dicta crystallisationis admixta, hac perdita, crystalli in farinam collabuntur. Crystallorum uncia dimidia plus salis tunc continet, quam si crystallisationis aqua adhuc est admixta. Unica una sic callapsi salis Glauberi fortius purgat, quam si crystallisationis aquam nondum amisit.

Usita.

Uſitatiſſima ſalia media.

Alcali minerale fixum.

producit cum

acido

I) Minerali

a) Vitrioli

Sal mirabile Glauberi nativum
& arte faſum.

b) Netri

nitrum cubicum

nullius in medicina uſus.

c) ſalis marini

Sal commune nativum & regeneratum.

2) Vegetabili

a) tartari

Sal polychrestum Seignette, ad quod
in specie ſal sodae adhibetur,
quod alcali minerale & vegetabile
continet.

b) aceti

in ſal terrae foliatae tartari non
dissimile, abiret. Tale iam pro-
posuit Cadet. Vid. novi ham-
burgensis promptuatii vol. II.

c) citri

Sal evaderet tartaro citrato non
dissimile.

====

Alcali vegetabile fixum.

exhibit cum

acido

i) minerali

a) vitrioli

tartarum vitriolatum fixum seu vul-
garē.

Sequentia tria salia media proprie-tantum
tartari vitriolati sunt varietates, scilicet:

*) Arcanum duplcitatum,

quod ex alcali nitri & acido vitrioli
constat & sub aquae fortis destillatione,
tanquam residuum remanet, dum
acidum vitrioli, nitri acidum expellit
& sic cum alcali nitri se coniungit.
Quod ex residuo sub aquae regis des-
tillatione obtinetur, impurum est,
confinet plerumque aliiquid cupri,
facileque vomitum creat, nisi, prae-
cipitationis ope, a cupro purgetur.

**) Sal polychrestum Glaseri,

ex alcali nitri & acido sulphuris deto-
natione & fusione conflatum.

***) Tartarus vitriolatus Stahlii,

si sulphuris acidum cum cineribus cla-
vellatis combinatur.

b) Nitri,

Nitrum vulgare,

crystallos sexagonas vel duplicitate prismati-
cas exhibens, refrigerat, temperat, in-
que

que dosi maiori datum relaxat. Vires concoctrices eius abusu debilitantur, totumque corpus cacheeticum reddi potest. Hanc ob rationem in veris febribus putridis plus damni adfert, quam propter vim suam anteputridinosam prodest. Irritat quoque, & auget in pleuritide — haec moptysi tussim, unde noxiuus potius, quam utile. Sistet in his inorbis remedium.

c) Salis communis.

Sal digestivum seu febrifugum
Sylvii

Obtinetur tanquam residuum & tanquam productum secundarium,

*) primo, si sal ammoniacum & cineres clavellati in retorta vitrea siccii commisceantur & ad sublimationem reponuntur, ubi alcali fixum, volatile ex sale ammoniaco expellit, fixumque cum residuo acido salis communis in sal febrifugum Sylvii mutatur, quod a sale communi propter solum alcali differt. Sal commune ex alcali minerali fixo, Sal Sylvii ex alcali vegetabili fixo constat. Acidum in utroque idem est.

**) Si Sali ammoniaco & cineribus clavellatis liquidum affunditur, obtinetur productum volatile, spiritus salis ammoniaco.

ammoniaci — spiritus urinosus h. e. alcali volatile in forma fluida, sicut in priori processu in forma sicca — idemque residuum seu sal febrifugum Sylvii remanet.

2) Vegetabili

a) aceti producit

terram foliatam tartari, seu arcānum tartari, haec requirit proprie alcali ex tartaro & acidum aceti vini aridum tartari, quod prius fermentatione & destillatione concentratius factum etiam partes continet oleosas.

Westendorf ex destillato vini aceto & alcali minerali sali Seignette simile sal parabat, unde acidi vitriolici ope tunc concentratum aceti acidum pro sua naphta expellebat.

b) tartari praebet

tartarum tartarisatum.

Pretiosum adeo sal tartari non requiritur, cineres clavellati depurati idem praestant, dum tartari crystallis saturantur.

Nunc autem in cremore tartari iam latet tartarus tartarisatus, ex alcali tartari & acido vini — nisi, quod acidum praedominetur — igitur ad plenariam huius acidi saturationem additamentum adhuc alcalinum necessarium est — ubi hic pro minuendo produci pretio, cineres clavellati

depurati eliguntur. Crystalli tartari autem praeterea admixtam continent terram. Hinc tartarus tartarisatus proprie sequentes habet partes constitutivas,

- 1) acidum tartari
- 2) alcali tartari
- 3) alcali cinerum clavellatorum
- 4) terram in crystallis tartari latentem
- 5) partes oleosas tartaro iunctas,

sicuti terra foliata tartari partes oleosas ex aceto habet.

Uterque sal sub improvida ad siccitatem evaporatione facile comburitur. Necessaria igitur haec cautela est, ut lento ad siccitatem evaporetur modo, ne comburatur, perdaturque. Ambo sunt salia media oleosa — vera salia saponacea — unde prae reliquis viribus suis resolventibus eminent — parem praestant effectum, viliorque pretio constans tartarus tartarisatus non minori exhibetur cum emolumento, quam multo pretiosior terra foliata.

c) Citri largitur
tartarum citratum.

Sal medium rari usus. Huc quoque pertinent absorbentia citrata, si scilicet oculi cancrorum, testae concharum praeparatae citri succo vel aceto saturantur.

Alcali volatile

(ex animali regno, cornubus, ossibus,
unguis, urina)

producit cum

1) acido minerali,

a) Salis communis,
sal ammoniacum

forma sicca — tam sublimando, quam
crystallisando. Omnia reliqua salia am-
moniacalia magis amant fluidam formam,
neque operae pretium est, abstrahere
fluidum.

b) vitrioli

sal ammoniacum secretum Glauberi.

Nullius est in medicina usus. Spiritus vi-
trioli cum spiritu quodam urinoso potest
misceri. —

c) nitri

nitrum flammans seu volatile.

Quoque non est in usu.

2) acido vegetabili

a) aceti

spiritum Mindereri,

Inventum medici Scoti Minderer. Sal vola-
tile cornu cervi, aut salis ammoniaci cum
aceto vini saturatum, aut spiritus cornu
cervi &c. spiritus salis ammoniaci cum
aceto vini simplici, destillato — spiritu
aceti, similia evadunt producta, earun-
dem virium. Sive menstruum est spiri-

tuosum, aut aquosum, est solummodo varietas produeti, quoad effectum sibi similis. Medicina recentioribus temporibus usitatissima.

b) tartari, fit

tartarus solubilis;

qui longe fluidior, solubilior, quam communis tartarus tartarisatus, a quibusdam etiam tartarus solubilis dictus, quia sponte saepius liquescit, aut pauca solummodo pro sui solutione indiget aqua.

c) Citri evaderet sal medium fluidum tartaro citrato simile.

Huc quoque locus assignandus liquori cornu cervi succinato, ex alcali volatili cornu cervi, acido succini saturato.

Medicus salibus usurus mediis nullam aliam observandam habet differentiam, quam, an crassiora, vel teneriora, solubilia, aut minus solubilia — magisque sint refrigerantia. Tenerima, subtilissimaque sunt terra foliata tartari & deinde tartarus tartarisatus.

Välde solubile, temperans, bilis acredinem corrigens est sal polychrestum Seignette, gallis adeo gratum, dolendum, quod ita pretiosum sit, unde inferioris sortis homines sali mirabili Glauberi, tartaroque vitriolato oportet esse contentos, solis quippe divitibus salia media pretiosiora

fiora praescribi possunt. Quilibet medicus aegrotis inferioris, infimique ordinis formulas praescribendas tam viles pretio, quam fieri potest — facere debet.

Ast summe saltem ridiculae perillustri Baldingero omnes illae medicorum formulae videntur, quae sal mirabile Glau-beri cum sale Seignette, aut tartarum vi-triolatum, arcanum duplicatum & sal po-lychrestum Glaseri simul praescripta con-tinent. Ex proposito & iusta indicatione saepius omnino adhuc duo inter se miscen-tur salia, v. g. cum cremore tartari nitrum, aut tartari tremor cum sale ammoniaco, ast tunc scopus & ratio iubent, probant-que hanc mixtionem. In chronicis ab ob-structione viscerum natis morbis praecipue terrae foliatae tartari, tartarique tartarisati usus continuatus laudatur.

Liquor terrae foliatae tartari proprie-vocari deberet, si hoc sal in tanta aquae copia solvit, quanta pro eius solutione sufficit. Igitur etiam terrae foliatae tartari drachma una, diluta in aquae libra una, liquor est — ast debilior, quam ut magna inde exspectari efficacia posset. Terra foliata tartari in tinctura rhei soluta, egregium est — varium in finem — mixtum. Com-mode etiam amaris resolventibus extractis admiscetur, sicuti in elixirio viscerali Hoff-

manni aut Kleinii. Tartatus tartarisatus cum pulvere rhei, flavedine corticum aurantiorum, oleoque caiaputi dat Kleinii solamen hypochondriacorum. Idem sal melle mixtum aqua dilutum est remedium Muzelii, quod in melancholia atrabilaria praestantissimum est medicamentum. Pariter cum taraxaci extracto &c. mixtum summa cum utilitate prescribitur. Praeter resolventium salium usum Boerhavius simul ptyanas suadebat aperientes, aut amararum herbarum decocta. Sic certum est, quaedam efficacissimorum remediorum coniunctim, continuatoque usu adhibita, pertinacissimos vincere posse morbos. Sal mirabile Glauberi, salia fontana, sal Seignette ad unciam unam sumta, congrua sunt laxantia. Tamarindi aut cassia commodissime cum tartari cremore miscentur, quoniam illorum acidum sibi non est dissimile. Cum tamarindis mannam miscere, ineptum est & taediosum — ast manna, tartarique foliata terra convenienter miscentur. Cum rhabarbaro salia optime infunduntur.

Salia media fixa — ad solvendas primarum viarum suburras, easque mobiles reddendas in omni febrium, chronicorumque morborum genere, antequam purgans exhibetur, parvis dosibus tanquam

quam digestivum — propinari solent. Ipecacoannhae, rheo, Jalappae, evacuandi scopo tanquam adiuvans, salis medii fixi scrupulus unus additur.

Nitrum, tartarusque vitriolatus non amplius in pulveris forma secundum Stahlii scopum miscentur, qui, nitrum sanguinem condensare credens, illi tartarum vitriolatum addendum tuebatur, ut sic — quantum nitrum condensando — tantum hoc diluendo ageret.

Mediorum salium abusus in fine relaxando nocet, ut omnium medicamentorum abusus nocere solet.

Recentiorum temporum sal epsoniense arte factum est. Caput mortuum vitrioli cum sale communi coquitur, filtratur, evaporatur, ideoque salis mirabilis Glau-beri partes constitutivas habet.

Salia anomala.

Primaria sunt.

1) Borax,

qui constat ex alcali fixo minerali & sic dicto sale sedativo Hombergii, quod hic acidi sustinet vires. Omne acidum vege-table vel minerale admixtum separat sal sedativum & coit cum alcali fixo boracis, unde diversae indolis sal medium oritur,

prout ad separandum sal sedativum aliud acidorum genus fuit adhibitum — sic si vitrioli acidum adderetur, sal mirabile Glauberi emerget &c.

2) Alumen.

constat ex terra aluminosa specifica & acido vitriolico.

3) Saccharum.

constat ex acido sacchari & partibus oleofisis mucilaginosis.

Salia metallica.

1) Vitriolum martis.

constat ex ferro & acido vitriolico.

2) Vitriolum cupri.

constat ex acido vitrioli & cupro.

3) Vitriolum Zinci seu album.

constat ex Zinco & acido vitrioli.

4) Tartarus chalybeatus.

constat ex tartari acido & ferro.

5) Aurum fulminans.

Si aurum in aqua regis solutum per alcali volatile praecipitatur. Si autem cum sale ammoniaco parata fuit aqua regis, ad praecipitationem alcali fixum sumitur.

6) Lapis infernalis

Argentum in aqua forti solutum, fusum & in formas effusum.

7) Flores salis ammoniaci martiales.
Ferrum aut lapis haematites cum ammoniaco sale sublimatum.

8) Saccharum saturni.
Plumbum aceto nuptum.

9) Butyrum antimonii.
Regulus antimonii cum acido salis communis iunctus.

10) Salino mercurialia
videatur mercurius.

SECTIO SECUNDA.

Acida.

A) Mineralia.

i) vitrioli largitur

a) cum alcali fixo minerali, sal mirabile Glauberi.

b) cum magnesia, Bittererde, salia fontana amara.

c) cum alcali fixo vegetabili, tartarum vitriolatum, arcanum duplicatum.

d) cum alcali volatili animali, sal ammoniacum secretum Glauberi.

e) cum ferro, vitriolum martis.

f) cum cupro, vitriolum cupri.

g) cum Zinco, vitriolum Zinci seu album,

h) cum mercurio, turpethum minerale.

i) cum terra aluminosa, alumem.

k) cum spiritu vini, pro diversitate ponderis reciproci, sola mixtione

*) aquam Rabelii.

**) elixir acidum Dippelii.

***) elixir acidum Halleri.

****) aquam sclopetariam Thedenii.

& destillationis ope

α) liquorem anodynū mineralē Hoffmanni

β) naphtam vitrioli & sic porro.

*) Acidum sulphuris producit,

1) cum alcali fixo vegetabili, tartarum vitriolatum volatilem Stahlii.

2) cum alcali nitri, sal polychrestum Glaseri.

3) si cum nitro $\frac{1}{2}$ sulphuris funditur, sal prunellae, nitrum non nihil decompositum cum pauxillo sulphuris acido mixtum.

4) sulphur & nitrum largiuntur detonationis in retorta ope clyssum sulphuris. Si eodem modo detonantur antimonium & nitrum, oritur clyssus antimonii, quippe antimonium continet sulphur a communi non differens sulphure.

2) Ni-

2) Nitri

ex hoc oritur

a) cum alcali fixo vegetabili, nitrum ordinarium & regeneratum.

b) cum alcali fixo minerali, nitrum cubicum.

c) cum alcali volatili, nitrum flammans seu sal ammoniacum nitratum.

d) cum spiritu vini, naphta nitri & spiritus nitri dulcis, requiritur autem spiritus nitri fumans i. e. spiritus nitri per oleum vitrioli expulsus. Si vitrioli calcinati ope acidum est expulsum, oritur aqua fortis.

e) Aqua fortis & argentum consti-
tuunt lapidem infernalem.

f) Acidum nitri cum carbonum pul-
vvere detonando expulsum vocatur clyssus
nitri. v g.

Alcahest Glauberi, si nitrum detonatio-
nis & ignis ardantis vi in alcali cau-
sticum mutatur.

Liquor nitri fixi, si alcahest Glauberi in
aqua dissolvitur.

3) Salis communis constituit

a) cum alcali fixo minerali, sal com-
mune & regeneratum.

b) cum alcali fixo vegetabili, sal di-
gestivum seu febrifugum Sylvii.

c)

- c) cum alcali volatili, sal ammoniacum vulgare.
 d) cum acido nitri, aquam regis.
 e) cum regulo antimonii, butyrum antimonii.
 f) cum mercurio, mercurium sublimatum corrosivum & mercurium dulcem.
 g) cum solutione mercurii in spiritu nitri, mercurium praecipitatum album.
 h) cum stanno, spiritum salis fuman-tem Libavii.
 i) cum spiritu vini, spiritum salis dulcem & naphtam salis communis.

B) Acida vegetabilia.

- 1) Tartari exhibet
 a) cum alcali fixo vegetabili, tartarum tartarisatum.
 b) cum alcali minerali fixo, specia-
 tim sale sodae, sal Seignette.
 c) cum alcali volatili, tartarum solu-
 bilem.
 d) cum ferro, martem tartarisatum.
 e) cum antimonii partibus regulinis,
 tartarum emeticum.

2) Aceti facit

- a) cum sale tartari, terram foliatam tartari.

b)

b) cum alcali fixo minerali v. g. soda, sali Seigneurie, vel terrae foliatae simile sal.

c) cum spiritu vini, naphtam acetī.

d) cum saccharo, oxysaccharum.

e) cum melle, oxymel simplex, squilliticum, colchicum &c.

f) cum camphora, acetum camphoratum.

g) cum alcali volatili, spiritum Mindereri.

h) cum lithargyrio, acetum lithargyrii, saccharum saturni, extractum saturni Goulardi.

i) cum cupro, viride aeris.

3) Sacchari praebet
cum spiritu vini, naphtam sacchari.

SECTIO TERTIA.

Metalla & semimetalla largiuntur

I) Aurum,
aurum fulminans, de quo iam supra.

II) Argentum,
lapidem infernalem. vid. acidum nitri.

III) Cuprum.

a) cum aceto viride aeris & unguentum aegyptiacum,

b)

b) cum acido vitrioli, vitriolum cupri.

c) vitriolum cupri cum spiritu salis ammoniaci, specificum antiepilepticum Weismanni v. Pil. coeruleo. Edimburgens.

d) Cuprum cum spiritu salis ammoniaci, spiritum coeruleum ophthalmicum.

IV) Ferrum

a) cum antimonio, aethiopem martis Lemery.

b) cum sale ammoniaco, flores salis ammoniaci martiales.

c) cum acido vitrioli, vitriolum martis factitium, seu sal martis anglorum.

d) cum acido tartari, tartarum chalybeatum.

e) cum succo pomorum borsdorffianorum, Tincturam martis pomatam.

f) vitriolum martis cum tartari cremore, tincturam martis Clauderi.

g) — cum terra foliata tartari, tincturam martis Zwoelfferi

h) cum succo hellebori, tincturam martis helleboratam Wedelii.

i) cum aceto maceratum, tincturam antiphtisicam Grammanni, vid. Crell. n. Entd. X. §. 91.

V) Plumbum.

- a) si per se calcinatur, minium.
- b) si cum aceto maceratur, cerussam.
- c) si cum aceto decoquitur, Lithargyrium, medicamenta Gouvardiana & ex cerussa in aceto soluta, saccharum Saturni.

VI) Antimonium.

Praeparatorum antimonialium copia facile comprehenditur, si sequens schema generale rite animadvertisetur.

- 1) Antimonium constat ex parte regulina & sulphurea.
- 2) Ergo eius praeparata vel regulum, vel sulphur continent.
- 3) Partes constitutivae plus, minusve a se invicem sunt disiunctae, aut earum proportio reciproca magis est mutata.
- 4) In quibusdam praeparatis pars regulina ignis vel menstrui ope in calcem est conversa.
- 5) Additamenta praeparatis antimonialibus obtainendis addita mox magis in sulphuream, mox magis agunt in partem regulinam. Quaedam mere separando agunt, suamque in hanc vel illam antimonii partem exserunt efficaciam, fortiusque cum ea combinantur, quam ipsae inter se antimonii partes; sic ut una eius pars

pars cum additamento se coniunxerit, altera parte manente libera. Tali modo alcali & ferrum separant ab antimonio partem sulphuream, regulumque liberum relinquunt. Ferrum enim & alcali cum antimonii sulphure intimius iunguntur, quam cum regulo sulphur combinatum erat. Additamenta plus, minusve antimonium mutant, prout eorum proportio reciproca aliter eligitur.

Nitri puri & antimonii partes aequales coeunt fusionis ope in tigillo in massam, quae a colore hepar antimonii vocatur. Nitrum mutatur in alcali & cum antimonii sulphure, sulphuris hepar componit, hoc autem ut menstruum agit simul in regulum, eumque solutum in se recipit. Est igitur haec massa mixtum ex sulphuris hepate, antimonique partibus regulinis — aut mutato sermone: hepar sulphuris, quod regulum in se continet solutum. Quando autem antimonii partes duae, nitri partes tres recipiuntur, detonatione & calcinatione sulphur antimonii destruitur & expellitur, parsque regulina mutatur in calcem. Productum hoc antimonium diaphoreticum dicitur, melius autem vocaretur calx antimonii. Ustulatio sola iam destruit antimonii sulphur, illudque tandem in calcem mutat. Acidum salis communis

munis quoque antimonii calcem producit,
quae lota sub nomine pulveris Algarothi
nota est.

Ferrum, similiter ac alcali, additum
sulphure privat antimonium. Ferro obten-
tus antimonii regulus, regulus antimonii
martialis appellatur. Si accurate tantum
ferri additur, quantum ad plenariam sul-
phuris a regulo separationem requiritur,
regulus ipse ne unicum ferri granum con-
tinet. Si autem plus ferri, quam necessa-
rium erat, additur, omnino aliud ferri
in regulum transit, & sic revera ferrum
in se continet.

6) Omnis igitur diversorum praepa-
ratorum antimonialium diversitas sequen-
tibus nititur fundamentis: — partes con-
stitutivae antimonii

a) plus, minusve a se invicem sunt
disiunctae,

b) plus minusve mutatae, aliquaque
assumentes naturam, mox in scorias. —
mox plus, minusve in calcem aut in vi-
trum conversae. — Unum praeparatum
pluribus sulphureis — alterum pluribus
regulinis gaudet partibus.

Pro antimonii regulo — proprio anti-
monii metallo, perfecte liberando, repetita
saepius cum alcali puro fusio requiritur.
Sub fusione pars gravior metallica mecha-

nice ex antimonii hepate fundum petit — producit infra regulum, supra scorias & sulphur. Regulus iteratis viribus separatus, novoque alcali puro fusus, purior tandem evadit.

(17). Iam autem diversa antimonii praeparata magis, minusve in acidis sunt solubilia — haec plures vel pauciores in se recipiunt partes regulinas — inde emeticorum antimonialium differentia — in tartaro emetico, vinoque emetico observata — dependet potissimum.

Diversus ignis gradus praeparata antimonialia vario mutat modo. Pro fortiori, mitiorique ignis gradu calx antimonii, vitrum antimonii mox minus pellucidum, minusque solubile, mox pellucidius, solubiliusque largitur — unde viñum emeticum, tartarusque emeticus modo fortiorem, modo leniorem emesin excitandi vi pollent. Hac ratione antimonialium praeparatorum prospectus erit facilior.

I) Sulphurea, sunt:

i) Sulphur antimonii auratum. Si hepar antimonii aqua fervida solvebatur & tunc affuso acetо praeципitabatur. Omne quidem acidum praecipitat sulphur auratum — hinc quoque aequem promte vi-

trioli

trioli acidum &c. Ast iam Huxhamius acido minerali factam pertimescebat praecipitationem.

Si praecipitatio crystallorum tartari ope instituebatur, hoc sulphur auratum olim panaceaē Konerdingianae, & si solummodo spiritus vini sumebatur, panaceaē Glaubéri nomine insigniebatur.

Non ignotum est, binas priores praecipitationes nimis fuisse drasticas, igiturque dosis solummodo parva determinata tertiae praecipitationis mox ad vomitum excitandum, mox ad resolvēndum, ea adhuc longe minor, porrigebatur.

Cel. Göttling admixto sulphure partes regulinas ita involvendas nuper docuit, ut iam praecipitatio prima secure praescribi possit *).

Sulphuris aurati, mercuriique dulcis partes aequales mixtae, subtilissimeque tritae, pulvis alterans Plummeri vocantur.

C 2 2) Ker-

*) Idem quoque cel. Selle in sua medicina clinica p. 638 docuit, addens, remedii huius usitatissimi pretium longe vilius futurum, si omnibus tribus praecipitationibus tantum sulphuris communis adderetur, ut earum agendi vis inde secura evaderet.

2) Kermes minerale, seu pulvis Carthusianorum. Si alcali causticum, antimoniumque in pulverem redactum aqua coquuntur, colantur & haec coctionis operatio addito novo alcali caustico, liquore nitri fixo, repetitur, ut tandem, hoc iam 1734 ita docente Geoffroy, totum antimonium in Kermes mutatur, quod in colato liquore, pulveris tenerissimi instar, praecipitatur. — Cum sulphure regulus subtilissime ab alcali dissolutus inque sulphur auratum, regulinis impregnatum partibus, est mutatus.

3) Sulphur antimonii auratum liquidum Jacobi,

Aet. acad. mog. T. I. p. 231.

Gericke Dissertat. de sulphure aurato antimonii liquido 1776 recusa in perill. Baldingeri sylloge Dissertationum praticarum, inque germanicam translata linguam 1784 8.

Si ex reguli antimonii scoriis cum alcali fixo lixivium paratur saturatum, illique oleum expressum recens v. g. amygdalarum dulcium admiscetur, ex oleo & alcali sapo oritur, sulphure simul impregnatus. Hic sapo solvitur in spiritu vini, & tali ratione sulphur auratum liquidum, vera tinctura antimonialis, obtinetur.

II) Regulina.

Cum sufficienti alcali fusum antimonium in hepar antimonii abit. vid. supra. Hic sulphureae & regulinae partes adhuc sunt coniunctae.

Si in mortario contunditur & aqua edulcoratur hoc hepar, pulvisque tunc siccatur, crocus metallorum vel terra sancta Rulandi.

Si croco metallorum affunditur vinum, oritur vinum emeticum, seu aqua benedicta Rulandi.

Si eidem saccharum additur, habetur Syrupus emeticus Glauberi, Angeli Salae Zwoelfferi.

Si cum saccharo acetum ipsi admiscetur, Oxyfaccharum emeticum Schroederi vocatur.

Si hepati antimonii recenti in mortario calefacto contuso super affunditur alcohol, digerendo provenit

Tinctura antimonii tartarisata.

In his itaque praeparatis a sulphureis partes regulinae nondum plenarie sunt disiunctae.

Verus antimonii regulus, a sulphure scilicet purgatum antimonii metallum — triplici adquiritur modo.

1) Fusione

requiritur, ut parum alcali, multumque antimonii combinetur, partes enim aequales nullum producunt regulum, sed hepar

Si alcali loco nitrum eligitur, eiusque copia parva magnae additur antimonii portioni, oritur regulus, si nitri copia istam antimonii superat, calx oritur antimonii.

Alcali fixi loco, calcis vivae ope ex antimonio quoque regulus obtineri potest, calx namque eodem agit modo, quo alcali agere solet.

Regulus antimonii simplex dicitur, si mediante fusione cum alcali producitur, si que copia maior antimonii, quam alcali sumta fuit, & massa haec aëri exposita non deliquescit, neque vomitum creat, regulus hic antimonii medicinalis nominatur.

Parva alcali copia magnae antimonii portioni addita, taliter hoc in fusione mutat, ut supra scoriae oriuntur, regulus infra deponatur, si massa in conum effunditur fusorium.

Si per additum ferrum, scilicet eius partem unam ad antimonii partes duas regulus a sulphure secernitur, regulus antimonii martialis vocatur.

Fer-

Ferrum hic est secretionis remedium, non transiens in regulum, nisi iusto maior eius copia sumeretur.

Similis regulus ille est, unde tinctura metallorum praeparatur; ubi regulus. antimonii cum cupro & stanno mixtus cum nitro detonatur — addita namque metalla solum auferunt sulphur.

Ex scoriis reguli antimonii martialis sic dictus crocus martis antimoniatus praeparatur. Stahlius hoc medicamentum amabat, hodie non amplius usitatum.

2) Detonatione

sumitur fluxus crudus i. e. aquales nitri & tartari partes. Ad unam partem antimonii duas partes fluxus crudus faciunt tantummodo reguli totius antimonii ponderis. Scoria superior est hepar antimonii. Basilius Valentinus hanc methodum iam descripsit in curru triumphali antimonii.

3) Reductione ex calce antimonii per additum phlogiston. Reductio fieri potest

a) ex citro antimonii

b) ex pulvere Algarothi. Hic regulus Wallerio audit regulus antimonii aculeatus

c) ex antimonio diaphoretico,
si addito ferro & cupro regulus praepara-
tus erat,

rete vulcanum vocatur.

Omnia metalla sulphure privant antimo-
nium.

Ut perfecte purgetur regulus, pluries
cum alcali recenti est fundendus.

Si cum nitri puri partibus aequalibus
fusus antimonii regulus cum spiritu vini
digeritur, oritur Tinctura antimonii re-
gulina seu acris, secundum Stahlii pre-
scriptum, Boerhavius enim utebatur regulo
antimonii martiali.

Haec tinctura proprie neque sulphur
antimonii, neque alcali continet, sed est
tinctura caustico alkalina. Idem valet de
Tinctura metallorum Modelii tinctura
antimonialis est tinctura regulina, ubi
nempe regulo calido liquoris nitri fixi
portio aequalis affunditur.

III) Calces partis regulinae anti- monii.

Saliūm & acidorum efficacia sub en-
cheiresi varia destruit antimonii partem
regulinam, eamque convertit in calcem.
Calcem antimonii praeparandi methodi
usitatissimae sunt ustulatio antimonii,
detonatio cum nitro aut menstrua acida.

Anti-

Antimonii & nitri partes aequales fusione dant hepar antimonii. Sed ab una parte antimonii & duabus vel tribus partibus nitri simul detonatis, destruitur sulphur & pars regulina mutatur in calcem. Nominatur haec calx antimonium diaphoreticum, & quidem non ablutum, si solummodo refrigerationi exponitur — ablutum, si cum aqua abluitur, usque dum omnes ipsi adhaerentes particulae salinae sunt separatae. Si haec aqua evaporatur, largitur

- 1) Nitrum antimoniatum.
- 2) Sal polychrestum Glaseri

quod ex alcali nitri & acido sulphuris antimonii tanquam productum oritur.

Si antimonium diaphoreticum in aqua solutum affuso acido praecipitatur, oritur materia perlata Krügneri.

Si cum tribus nitri partibus antimonii regulus tractatur, oritur cerussa antimonii & bezoardicum minerale, iterataque repetitione habetur Poudre de la chevallerry.

Si aequales antimonii & ferri partes fusae cum tribus nitri partibus detonatione destruuntur, calx oritur rubiginosa, diaphoreticum martiale aut pulvis cacheoticus Ludovici dicta.

Huxham adhuc laudabat hoc remedium. Huius loco Kleinius crocum martis antimoniatum exhibebat.

Ex antimonii diaphoretici, crystallo-rum tartari & diacrydii pondere aequali fit pulvis comachinus, cerberus quoque triceps dictus.

Si reguli antimonii partes sex, stanni partes duae cum nitri triplo detonantur, oritur antihecticum Poterii.

Pulvis Jacobi in anglia sub nomine James poudre notus, est calx duplex ex antimonio & mercurio.

Vid. Samml. für praktische Aerzte
5. B. St. 2.

Quando antimonii butyrum, h. e. partes antimonii regulinae in acido salis communis solutae — aqua abluitur, pulvis fundum petit, qui mercurius vitae, vel etiam pulvis Algarothi vocatur.

Liquor residuus erronee spiritus vitrioli philosophicus vocabatur. Spielmann p. 283.

Si veteri methodo ex antimonio & mercurio sublimato butyrum antimonii conficiebatur, oriebatur adhuc productum secundarium, utpote cinnabaris antimonii a cinnabari factitia nullatenus discrepans. Oriebatur ex antimonii sulphure & mercurio mercurii sublimati — sicuti binae aliae

aliae partes constitutivae, regulina scilicet & acidum salis communis in butyrum antimonii coniungebantur.

Si antimonii butyro acidum admiscetur nitrosum, pars regulina quoque præcipitatur, largiturque antimonium diaphoreticum aut sic dictum bezoardicum minerale. Calx antimonii calcinata fortiori ignis tractata gradu vitrum dat antimonii.

Ab ignis regimine pendet, num vitrum hiacynthinum adquirat colorem, pellucidum & in acidis facile solubile, aut album, opacum, nullo in acido solubile, obtineatur. Per se calcinatum, vel cum nitro in calcem redactum antimonium vitrum dat antimonii, nec non regulus in acido minerali solutus, sponte præcipitatus facili negotio in vitrum funditur. Adhibetur antimonii vitrum vino antimonato Huxhamii, tartaroque emetico præparandis.

Porro vitrum antimonii cerasum inde conficitur, si cerae drachma una fusa, pulverisque vitri antimonii uncia una mixtae, perpetuoque agitatae, per dimidiam horam leni igne calcinantur.

Tartarus emeticus. Accuratissima eius idea haec est, tartarum emeticum esse genus quoddam salis metallici, ex regulinis antimonii particulis & acido tartari composi-

positum. Tota huius producti differentia in diversa partium regulinarum ab acido tartari extractarum quantitate consistit. — Sicuti similiter in vino emetico, quod mox ex metallorum croco, mox ex antimonii vitro maioris — minorisve solubilitatis paratur. Eodem modo diversa ratione preparatur tartarus emeticus, quando tartari tremori aliud atque aliud productum regulinum additur, alia miscendorum quantitas reciproca, aliaque praeparationis methodus eligitur, dum vel evaporando, vel crystallisando praeparatur.

Tartarus emeticus conficitur.

1) Ex anatica croci metallorum & tremoris tartari portione, vel etiam maiori tremoris tartari additione in aqua vel diutius vel brevius coctis, deinde mox inspissando, mox crystallisando.

2) Vel ex vitri antimonii & tremoris tartari diversa quantitate reciproca. Cel. Hoepfner recipit vitri antimonii unciam unam, pulveris crystallorum tartari uncias duas, aquae communis libras duas per horam coquendo, spatula lignea agitando perpetuo, filtrando & inspissando.

3) Ex pulvere Algarothi secundum Bergmanni praescriptum.

Rec.

Rec. Pulveris Algarothi, Uncias duas,
drachmas duas.

Cremoris tartari uncias quinque
per dimidiam horam in aqua coquendo,
debite evaporando & crystallisando.

Restat adhuc productum secundarium, si nempe antimonium cum nitro in retorta tabulata detonatur, obtinetur antimonium diaphoreticum, acidumque expulsum, quod in receptaculum excipitur, clyssus antimonii vocatur.

Idem obtinetur productum, si antimonium, additum sulphur & nitrum inter se mixta in retorta tabulata ad acidum excipiendum, detonantur, quod detonatione aperta avolat in aërem.

Inter composita simplicia adhuc notandus venit:

Aethiops antimonialis Huxhamii, ex antimonio, mercurio & sulphure tritando mixtus.

Sulphur ideo additur, quo plus mercurii ingrediatur mixtionem. Ferrum cum antimonio dat aethiopem martialem Lemery.

Pulvis alterans Plummeri ex sulphure aurato antimonii mercurioque dulci. vid. supra.

Mixtura tonico nervina Stahlii. Ex tincturae antimonii acris partibus duabus &

& spiritus cornu cervi rectificati parte una inter se mixtis.

Tabula Saunderi, de productis antimoniis ex diversa acidorum in regulum actione ortis.

Acidum.

I) Mineralia.

1) Vitrioli largitur

Antimonium vitriolatum Werlhofii
Mercurium vitae coelestem Klau-
niglii.

2) Nitri

Bezoardicum minerale,

3) Salis communis

butyrum antimonii

oleum antimonii

causticum antimoniale, Pharm:
Londinensis

mercurium vitae seu pulvorem Al-
garothi.

II) Vegetabile

Sapam vomitoriam Sylvii

Vinum antimoniatum Huxhamii

Tartarum emeticum.

VII) Mercurius.

Vid. summi Baldingeri additamenta
Pharmacopoeæ Edimburgensis, eius-
que

que historiam mercurii medicam nec non praesentem Pharm. Würtemb. editionem nostram hinc inde.

VIII) Zincum

cuius tantummodo pauca praeparata medicis sunt usualia

1) calx Zinci; seu flores Zinci, qui sub calcinatione Zinci, tigilli lateribus sublimati quasi adhaerent. Interne adhibentur.

2) Pompholix; Nihil album, & Nihil Gryseum seu tutia sunt purorum, impurorumque Zinci sublimatorum species, medicamentisque admiscentur externis.

3) Vitriolum Zinci seu vitriolum album ex Zinco & acido vitriolico. Externis, internisque usibus inservit. Cendum maximopere, ne ad obtinendos Zinci flores plumbo fucatum adhibeatur Zincum.

IX) Sulphur.

Sulphur ex acido vitrioli & phlogisto constat — phlogiston namque paucum ex carbonibus carentibus in acidum vitriolicum transiens mutat illud iam in acidum sulphuris.

Per

Per synorisin & diacrisin Stahlius olim sulphuris partes constitutivas iam docebat. Sulphuris pars una cum alcali fixi partibus duabus mediante fusione abeunt in hepar sulphuris fixum.

Sulphur cum alcali volatili fusum transit in hepar sulphuris volatile, quod priori fluidius est.

Proportio phlogisti ad acidum vitriolicum reciproca, ordinarie ut 3 : 50 determinatur. Hepar sulphuris in aqua solubile est. Quando sulphuris hepati in aqua fervida soluto, acidum v. g. acetum &c. admiscetur, ovis putridis similis oritur odor, praecipitatumque lac sulphuris audit.

Antimonium cum alcali & nitro fusum hepar dat antimonii. Huic in aqua ferventii soluto si affunditur acetum, sulphur habetur antimonii auratum. Vid. supra Antim:

Quum igitur ex alcali & acido vitrioli cum phlogisto constet sulphuris hepar; hinc ex hepate sulphuris ustulatione leni, qua phlogiston expellitur, produci potest tartarus vitriolatus. Massa salina aqua soluta & crystallisata verum offert tartarum vitriolatum, phlogisto namque expulso, vitrioli acidum & alcali fixum — partes ut pote

pote tartari vitriolati constitutivae reman-
scrunt. Vid. Spielm. Ch. ed. ult. p. 126.

Vice versa ex Stahlii praescripto ex
tartari vitriolati & salis tartari partibus
aequalibus hepar sulphuris produci potest,
si carbonum pulvis, quorum phlogiston
cum vitrioli acido se coniungit, admiscetur.

In hoc experimento sulphur generatur.
Idem fit, si certis sub encheiresibus, oleum
vitrioli, therebinthina, resinae &c. miscen-
tur. Spielm. l. c. p. 142.

Sal mirabile Glauberi quoque sine
addito alcali, solummodo cum carbonum
pulvere in hepar sulphuris abit, funditur
facile — continet iam alcali & acidum vi-
triolicum, nihilque — nisi phlogisto eget.
Similiter sulphur & sal sodae, nec non
sulphur & calx viva hepar dant sulphuris.

Sulphur in vase clauso sublimari
potest, ubi purum tantummodo adscendit
sulphur, impurae autem eius partes in
fundo remanent.

Purum sublimatum sulphur sub florum
sulphuris nomine prostat.

Sulphur per sublimationem res alias
secum in altum trahit Sic si sub sublima-
tione additur myrrha, flores sulphuris
myrrhati oriuntur.

Fusione sulphur septem mercurii par-
tes in se recipit, trituratione sola cum tribus
Kcup, pharmac. D fo-

solummodo mercurii partibus iungitur.
Hoc productum vocatur *aetbiops mineralis vulgaris*, sive per triturationem, sive per fusionem paratus

Sulphur, antimonium & mercurium triturando oritur *aetbiops antimonialis Huxhamii*.

Sulphuris pars una, mercurii partes septem triturando mixtae & recenter sublimatae, largiuntur cinnabarim. $\frac{4}{5}$ mercurii & $\frac{1}{5}$ sulphuris faciunt cum hepate sulphuris intra dimidiā horam, cinnabarim pulcherrimam. vid. Morveau.

Hepar sulphuris volatile cum mercurio sine sublimatione praebent cinnabarim. Neumann Ch. p. 462.

De cinnabari sine igne parata vid. Apotheker-Calender 1780 p. 166.

Sulphuris $\frac{1}{2}$ mediante fusione cum nitro, dat sal seu lapidem prunellae

Sulphuris & nitri partes aequales detonando, successivis dosibus in tigillum injecti, aut nitro antea fuso successive additum sulphur, solvendo, filtrando, crystallisando largitur sal polychrestum Gla-seri.

Sulphuris acidum & alcali volatile dant tartarum vitriolum Stahlii volatilem.

Sulphur cum oleis remixtum dat bal-
sama sulphuris, ab admixto oleo nomina-
obti-

obtinentia. Olei unguinosi partes tres pro sulphuris solutione sufficiunt, oleorum aethereorum partes decem requiruntur, olei anisi autem solummodo partes quatuor.

Incensi sulphuris vapor sub campana vitrea exceptus spiritus sulphuris per campanam vocabatur.

Quum autem adeo facile a phlogisto in acidum sulphuris convertitur vitrioli acidum, methodus ista iam obsoleta est & inusitata. Ex tartaro vitriolato volatili, olei vitrioli (gravioris quippe) ope spiritum sulphuris separare Stahlius iam docuit.

Sulphuris libra una largiebatur tantummodo spiritus sulphuris per campanam unciam unam.

Clyssus sulphuris dicitur, si sulphur & nitrum in retorta tabulata detonantur.

Per detonationis quandam speciem, omne vitrioli oleum hodiernis temporibus in anglia ex sulphure paratur. Vid. Webers Magaz. i B p. 30. Ferber p. 324. Apotheker-Calender 1780. p. 38.

Confuento fortiorem obtinendi sulphuris spiritum, duas Sehl descripsit methodos.

1) Ex hepate sulphuris per additum vitrioli oleum, destillando.

2) Ex lixivio caustico calcis vivae,
cui alcali, sulphur & vitrioli oleum ad-
duncit.

Grave vitrioli oleum expellit acidum
sulphuris levius.

Sulphur, nitrum, carbonumque pulvis
mixta, abeunt in pulverem pyrium:
Quem omnino interne exhiberi posse, in-
dicat excellentissimus consiliarius intimus
Baldinger, sicuti iam illum in sua medi-
cina castrensi proposuit Krüger.

A.

Acetum Lavendulae.

Rec. Florum Lavendulae $\frac{1}{2}$ lb.

Aceti vini boni $\frac{1}{2}$ lb.

reponantur ad usum.

Odoramentis & Epithematibus inservit.

Acetum Lithargyrii.

Rec. Lithargyrii triti $\frac{1}{2}$ lb

Aceti vini destillati $\frac{1}{2}$ lb

coquantur lento igne in vase figulino probe
vitreato, spatula lignea perpetuo agitata,
donec acetum probe sit saturatum, quod
per chartam filtratum servetur.

Ad inflammationes, ulcera maligna
exsiccanda & affluxum prohibendum ap-
plicari solet.

Acetum hystericum.

Rec. fol. rutae hortensis $\frac{1}{2}$ lb

Gummi Galbani $\frac{1}{2}$ lb

Asae foetidae

castorei optimi $\frac{1}{2}$ lb

misce, contusis & concisis affunde

Aceti vini optimi $\frac{1}{2}$ lb

D 3

digere

digere per dies aliquot ad sufficientem extractionem, tunc liquor filtratus servetur.

Adhibetur in clysteribus insigni cum emolumento; datur etiam interne a ʒi ad ʒii in vehiculo aquoso.

Acetum camphoratum.

solvitur camphorae v. gr. ʒi
guttulis aliquot & vini & terendo sensim
admisceantur

Aceti vini ʒx.
Est antisepticum insignis virtutis.

Acetum colchicum.

Videatur sub descriptione oxymellis colchici huius aceti praeparatio.

Acetum Scilliticum.

Rec. Scillae praeparatae & exsiccate ʒviii

Aceti vini albi acerrimi ʒviii

Scillae radices minutim incisae macerentur
in aceto per plures dies, acetum per panum colatum servetur ad usus.

Adhibetur in pectoris infarctu viscido
expediendo, tussi difficulti, asthmate hu-
midō: gravitatem auditus a pituita ortam,
gargarizatione emendat. dosis a ʒi ad ʒii.

Acetum

Acetum vini destillatum.

Rec. Aceti vini fortis. q. l.

destilletur e cucurbita vitrea magna lento igne; prodit primo phlegma, quod sequitur, acetum est. Continuetur destillatio usque dum a XII vel XV ℥ vix ℥ restet.

Adhibetur ad diversa opera chemica, ad internum usum acetum simplex merito praefertur.

Aes viride Crystallisatum.

Rec. aeruginis sive viridis aeris in pulvrem triti ℥vi

Aceti vini destillati ℥vi
immittantur cucurbitae vitreae, macerentur in loco calido, acetum tinctum per inclinationem vasis effundatur, novumque affundatur. Hoc fit aliquoties, & tandem in vase cupreo aes viride, addita sufficiente aceti quantitate, coquatur, ut solvatur. Tincturas omnes per filtrum traiectas leni calore evaporari permitte ad cuticulam & ad crystallisandum in locum frigidum repone. Crystallos inter chartam lenissimo calore exsiccatas ferva,

Ad unguenta mundificantia adhibetur; nuper a cel: Lieb, in Baldingeri illustris promptuario, ad internum commendabatur usum.

=====

Aethiops antimonialis.

Rec. ♀rii vivi puri partem I

Antimonii crudi subtilissime pulveri-
sati partes II

terantur in mortario vitro longa & pa-
tiente tritura, usque dum omnes globuli
mercuriales evanescant.

Servetur in vitro, vel pyxide lignea.
In obstructionibus glandularum mesenterii
referandis, nec non in scabie & gonorrhea
venerea prodest.

Datur adultis a granis X ad XV. in-
fantibus autem minor dosis porrígenda.

Aethiops mineralis.

Rec. ♀rii vivi

florum sulphuris pondera aequalia
terantur in mortario vitro vel lapideo dia
& diligenter, donec ♀rius plane dispareat
& cum floribus sulphuris in pulverem
nigrum redactus sit.

Laudatur in tumoribus glandularum
colli, exulcerationibus antiquis fistulosis
& ubi vermium suspicio adeat.

Tenero infanti grana III ad V.
adultiori ♂. adulto homini 3♂ per plures
dies absque salivationis metu exhiberi
possunt.

Alumen

Alumen Saccharinum.

Rec. Aluminis crudi vulgaris ʒvi
 Cerussae venetae albae ʒvi
 Vitrioli albi ʒiii
 Sacchari albi canariensis ʒiij.

fiat omnium pulvis subtilissimus, qui albumine ovorum & aceti destillati aequali portione in mellis liquidi consistentiam diluatur, probeque agitatus formis chartaceis parvis, conicis infundatur & siccetur.

Detergit, carnemque aufert luxuriantem, laudatur in collyriis.

Alumen draconisatum.

Rec. Aluminis crudi partes II
 super igne in cochleari ferreo fusis admisce sanguinis draconis partem I. ex massa adhuc liquida commode formantur pilulae.

Ex illustris Baldingeri additamentis Pharm. Edimb. addere hoc volui medicamentum, cuius in haemorrhagiis uterini egregios effectus saepissime effectus sum,

Alumen ustum.

Rec. aluminis vulgaris albi q. v.
 liquecat igne in vase ferreo vel fistili,
 donec ebullitio desinat. Ad dentifricia &
 absumentam carnem luxuriantem solet adhiberi.

Antimonii Butyrum.

Constat ex parte antimonii regulina & acido salis culinaris.

Si ad normam Pharmacopoeae Wurtembergicae ex Σ rio sublimato & antimonio crudo praeparatur, oritur adhuc productum secundarium, scilicet cinnabaris antimonii, a cinnabari saetitia nihil differens; oritur ex parte sulphurea antimonii & mercurio, mercurii sublimati, sicut pars regulina antimonii cum acido salis culinaris eodem processu combinabantur in butyrum antimonii.

In diversis morbis chirurgicis adhibetur antimonii Butyrum. Laudatur ab illustri Richtero ad staphylomata.

Antimonium diaphoreticum martiale.

Rec. Limatura ϵ martis

Antimonii crudi bene triti \approx Σ viii misceantur & immittantur crucibulo candenti, agitentur baculo ferreo, usque dum in scorias mixtura abiisse videatur, quae accurate contrita & cum triplo nitri crudi purissimi & siccissimi mixta in crucibulo candenti detonetur, atque post lenem calcinationem, in aquae tepidae sufficienti copia solvatur. Sic subsidebit pulvis eluteo fuscus, qui addita copiosa aqua dilua-

Iuatur; ut levior ac subtilior a graviori se-
paretur, quem edulcoratum atque leni
calore siccatum serva.

Tonum ventriculi roborare & intesti-
norum, cacheeticis, ietericisque prodesse
perhibetur & a multis adhuc medicis praes-
ribitur. Quare licet secundum illustrem
Baldingerum nulla praestabit miracula,
neque unquam mihi in usu fuerit, tamen
omittere nolui, ut illis satisfacerem, qui
magnos sibi inde promittunt effectus.

Antimonium diaphoreticum simplex.

Rec. minerae antimonii purissimae ff^{i}
nitri crudi, crystallini, siccissimi ff^{iii}
exacte mixta in crucibulo magno per vices
ingesta dotonentur. Agitentur spatula
ferrea inter detonationem, ut materia ae-
qualiter deflagret & calcinetur. His per-
actis massa albicans sufficienti quantitate
aqua dissolvatur, pulvis albus fundum
petens, copiosa affusa aqua diluatur, ut
commovendo subtilior pars cum ea decan-
tari possit, quae edulcorata atque siccata
usu servetur. Est vera reguli Antimonii
calx. Si aqua salsa, nitrum antimoniatum
continens, non decantatur, sed una cum
calce evaporando exsiccatur, Antimonium
diaphoreticum non ablutum dicitur.

Absor-

Absorbentes, alexipharmacæ, diapnoicæ, sanguinem purificantes vires illi tribuntur, non ablutum incidens, expectorans & in cutaneis morbis utile habetur.

Dosis a granis XV ad XXX.

Aquaæ destillatae simplices.

Earum ingens numerus in Dispensatorio Wurtembergico recensetur, pleraeque superfluae, nulliusque sunt efficaciae. Optimæ ex plantis odoriferis, oleo aethereo dotatis destillantur Huc pertinent Aquaæ destillatae chamomillæ, melissæ, menthae, pulegii &c. Pluribus enumrandis non inhaerebo; nam plerisque in casibus, aqua communis destillata satisfacit scopo medentum..

Aqua Anhaltina.

Rec. Rad. Galangae minoris

flor. Anthos ʒʒ 3vi

sem. fœniculi

Baccar. Lauri ʒʒ ʒʒ

coryophillorum aromaticorum

cubebarum

Nucum Moschatarum

cinamomi acuti

masticæ ʒʒ 3vi

thuris ʒi

theræbinthinae venetae libram dimidiam.

in

in pulverem contrita infundantur in
 Vini rectificati libris VI & digesta per
 dies VI addita Aquae fontanae libra una
 destillentur lenissimo balnei calore li-
 brae V.

Laudatur quidem in Dispensatorio
 Wurtembergico tanquam roborans &
 diureticum. Magis autem in externum
 vocanda est usum, ubi non nunquam in-
 signes praestat effectus.

Aqua calcis vivae.

Rec. Calcis vivae ℥V
 superfundantur ∇ae fontanae ℥V, post
 ebullitionem decantetur ∇a supernatans,
 atque servetur.

Notatu dignum est, ∇ calcis vivae
 etiam decimae, vigesimae &c. infusionis
 eiusdem esse virtutis, ac primae; cum de-
 monstratum sit, quod calcis in ∇a solu-
 bilis pars una, vel 1500 partes aquae im-
 praegnare valeat. Usus est tam externus,
 quam internus in diversis chronicis morbis,
 ubi saepe cum lactis aequali vel maiori
 copia miscetur.

Aqua chamomillae anisata.

Rec. flor. chamom. recentium libras IV
 sem. Anisi libras II

Vini albi generosi libras XXVIII
 post

post digestionem aliquot dierum destillentur ad dimidias.

Tanquam roborans & carminativum insignis virtutis laudari meretur.

Aqua cinnamomi cydoniata.

Rec. Succi cydoniorum expressi & vinosam indolem, mora temporis, naclii libras VI

cinnamomi elect. ʒiv
fiat infusio per triduum, postea destillentur ex vesica, donec tertia pars solum restet.

Aqua cinnamomi spirituosa.

Rec. cinnamomi acuti ʒxvi

Vini albi spirituosi ℥xxii
spiritus vini rectificati ℥iiij
infusa per biduum destillentur ex vesica,
lentissimo igne, & liquoris spirituosi latentescentis ℥viii proliciantur.

Aqua cinnamomi vinosa.

Rec. cinnamomi elect. ʒix

minutim concisis superfundantur vini albi generosi ℥xii.

macerentur in vase clauso, postea destillentur ad dimidias.

Aqua

Aqua cinnamomi sine vino.

Rec. cinnamomi acuti $\frac{3}{4}$ viii

Aquae cerasorum nigrorum $\frac{3}{4}$ xii
misceantur, digerantur per triduum, de-
stillentur ex vesica, donec tertia pars so-
lum restet.

Omnes aquae cinnamomi sunt ana-
lepticae, nervinae, roborantes, gratae.
Si adhibentur, ratio liquoris, quocum
Aqua destillata fuerit, habenda est.

Aqua corticum aurantiorum cum vino.

Rec. cort. ♂ recentium $\frac{3}{4}$ i

conisci, in vini albi $\frac{3}{4}$ viii
infundantur & destillentur ad dimidias.

Stomachica, roborans & carminativa
est, gratissimumque exhibet vehiculum.

Aqua diuretica e nucleis.

Rec. Amygdalarum amararum

Nucleorum persicorum

cerasorum $\frac{3}{4}$ $\frac{3}{4}$ ii

flor. Sambuci $\frac{3}{4}$ vi

Vini generosi $\frac{3}{4}$ viii

contusa digerantur per biduum in loco
calido, dein destillentur ad dimidias.

Usum nomen indicat.

Aqua

Aqua fortis.

Rec. Vitrioli vulgaris ad rubedinem calcinata

nitri purissimi $\frac{1}{2}$ flii
trita misceantur & destillentur per retortam
terream, igne aperto gradatim exhibito,
in vas recipiens valde capax, iuncturis
luto probe obturatis, cui aquae fontanae $\frac{1}{2}$ i
ante sit infusa.

Rarissimus — si unquam ullus — in
medicina usus, chemicis, aliisque artifi-
cum inservit laboribus.

Aqua Grisea.

Rec. ♂rui vivi

∇ fortis $\frac{1}{2}$ ℥i

reponantur in locum calidum, ut solva-
tur ♀; solutioni adde Decoctum sequens.

Rec. rad. chelidonii maioris

Aristolochiae longae

Vae Rutaे hortensis

scordii

flor. Rosarum $\frac{1}{2}$ ℥i

coque in ∇ fontanae $\frac{1}{2}$ flx

ut post colaturam remaneant $\frac{1}{2}$ flviii
misceantur calide & statim abibunt in
mixturam grisei coloris.

Convenit cum liquore Bellotii ad ul-
cera phagedaenica & ad Synoriam com-
mendatur.

Aqua

Aqua Regiae Hungariae.

Rec. herbae & florum Rorismarini una
collectorum ff*iv*
herbae & florum Salviae ff*viii*
Zinziberis 2*ii*
parum incisa infundantur
^ Vini rectificati ff*xii*
 ▽ fontanae ff*ii* & destillatione ex
vesica, leni igne ff*xi* eliciantur. Si ^
prolectus denuo cohobetur de novis flori-
bus, odoratui se magis commendabit. Usus
eius est varius in chirurgicis morbis.

Aqua ophthalmica confortans.

Rec. Aquae chamom. f. v. 2*viii*
exir. hni
^ vini camph. 2*ii*
vitrioli albi 2*i*
misce, detur ad usum.

In epiphora & lippitudine a debilitate
laudatur a celeberrimo Selle.

Aqua ophthalmica resolvens.

Rec. Aquae chamom. f. v. 2*vi*
— — bened. Rut. 2*ii*
Eff. Aloes
liquaminis mirrae 2*ii*
misce, detur ad usum.

In maculis cornae & staphylomatibus, quotidie guttatum oculo infusa, tanquam efficacissima medicina describitur ab eodem Archiatro Selle.

Aqua sclopetaria Thedenii.

Rec. Aceti vini
 ^ vini rectif. 22 ffii
 Sach. albi ffii
 ^ vitrioli 2x
 misce, detur ad usum.

Non solum antiphlogisticum, sed etiam antisepticum est insignis virtutis, hinc in ulceribus scorbuticis, inflammationibus putridis, decubitu, aliisque laudatur morbis.

Aqua phagadaentia.

Rec. Aquae calcis vivae 2xvi
 in quibus solve
 mercurii sublim. corrosivi grana XXIV
 serva.

Ad exulcerationes externas, carnem luxuriantem & foeda in primis ulcera venerea mundificanda & consolidanda adhibetur.

Huius loco a celeb. Selle in sua medica clinica, observationes ibidem p. 547. allegatas proponitur solutio 2xii in acido nitri,

tri, pro rerum circumstantiis, aqua de-
stillata diluta.

Aqua Regis;

Rec. Aquae fortis 2*vii*

⊖ *ci albi 2*i*

mixta serventur.

Quae de Aqua forti diximus, de Aqua
regia quoque valent.

Arcanum duplicatum.

Rec. vitrioli hungarici 2*iii*

solve in ▽ calidae fontanae 2*viii* vel x
nitri fixi tantumdem in ▽ fon-
tanae 2*v* soluti

ambas solutiones filtratas sensim misce,
nitri fixi solutionem vitrioli lente infun-
dendo; praecipitabitur terra metallica cum
quodam effervescentiae indicio, affunda-
tur solutio alcalina ad punctum saturatio-
nis usque; filtretur postea permixtus li-
quor. Terra praecipitata eluatur affusa ▽
calida, ut omnis extrahatur falsedo. Eva-
porentur permixti liquores ad cuticulam &
ad crystallisationem reponantur.

Nota. Parari plerumque solet hoc
Arcanum duplicatum ex residuo Aquae for-
ti, vehementissimo igne calcinato & suffi-
cienti quantitate ▽ soluto. Si affusa por-

zione quadam liquoris nitri fixi residuae
forsan metallicae vitrioli particulae penitus
fuerint praecipitatae, filtratione & crystalli-
satione aequa securum, minorisque pretii
praebet arcanum duplicatum, ac superior
praescriptio.

In febribus, malo hypochondriaco,
constructionibus & detergendis ventriculo
atque intestinis egregios praestat effectus.
Laudatur in primis in illustris Baldingeri
Promptuario a cel. Ackermanno.

Arcanum Tartari, seu Terra foliata Tartari.

Rec. Salis Tartari albissimi ʒiv

Aceti vini destillati ʒvi
misceantur, evaporetur + in vase sigulino
probe vitreato ad siccitatem, in fine le-
nissimum ignis gradum adhibendo. Si
non satis forsan alcali ab aceto saturatum
fuerit, quod gustu deprehendetur, denuo
acetum vini destillatum affundatur, usque
dum nulla amplius effervescentia oriatur,
atque eodem tractetur modo. Remenantia
salina aqua fontana frigida solvantur atque
solutio per chartam bibulam filtrata, rursus
ut antea dictum, evaporetur & siccata in
vitro probe clauso, loco calido, ne li-
quescat, servetur. Est medicina blanda,
resolvens, incidens, abstergens, saponaria,
alvum

alvum & urinam movet. Pro vario me-
dentalis scopo a 3i ad 3i & ultra in vehi-
culo aquoso exhiberi potest.

B.

Balsamum Arcaeii.

Rec. Therebinthinae venetae
Gummi Elemi
sevi cervini ʒ ʒii
olei Hyperici ʒi
sandali rubri ʒi

Gummi Elemi in Therebinthina lenissimo
igne solvitur, quibus successive adduntur
sevum & oleum Hyperici, in alio vase li-
quata.

Tanquam digestivum & vulnerarium
feliciter in vulneribus adhibetur.

Balsamum anodynnum.

Rec. Opii puri ʒi
saponis albi hispani ʒv
camphorae ʒii
olei stillatitii Rorismarini ʒʒ
a. vinosi rectificati ʒʒii

digere opium & saponem in a. triduum;
dein, liquori colato, adiice camphoram
& oleum, diligenter agitans.

E 3

Usus

Uſus huius balsami, qui tantummodo
externe adhibetur, ex nomine patet.

Balsamum commendatoris de Perne.

Rec. balsamici Indici ſicci $\frac{3}{4}$
ſtyracis in granis $\frac{2}{3}$
benzoes electae $\frac{2}{3}$
olibani electi $\frac{2}{3}$
trita ſolvantur in \wedge Vini rectificata-
tissimi $\frac{2}{3}$
ſolutio per chartam filtrata ſervetur.
ſeorsim infundantur in
 \wedge Vini rectificatissimi $\frac{2}{3}$
radicis Angelicae
HBae millefolii
Aloes ſoccotrinae
myrrhae electae $\frac{2}{3}$ $\frac{2}{3}$.
digesta & ſufficienter extracta expriman-
tur; Eſtentia pariter per chartam filtrata,
superiori ſolutioni addatur & optime per
digestionem mixta ſervetur.

In Vulneribus, & ulceribus a chirur-
gis adhibetur. Uſum eius internum mi-
nime utilem eſſe omnes perspiciunt medici.

Balsamum Locatelli.

Rec. olei olivarum $\frac{3}{4}$ i
cerae citrinae $\frac{2}{3}$ i
Vini canariensis $\frac{2}{3}$ v.

leni

leni igne ad consumtionem vini coctis addere
 Therébinthinae venetae clarae 2*vi*
 Balsami peruviani 3*ii*
 sandali rubri 2*viii*
 ad vulnera, laesiones varias, contusiones
 externas & internas laudatur. Internum
 autem eius usum sere superfluum, ma-
 xime circumspectum suaderem.

Balsamum vitae Hoffmanni.

Rec. Olei destillati Lavendulae
 maioranae
 caryophyllorum
 macis
 cinnamomi 2*viii*
 Rutae
 Succini albi 2*viii*
 olei citri ex corticibus recens ex-
 pressi 2*i*

*Ambrae griseae 2*viii*.*

olea cum Ambra & balsami peruviani 2*i*
 misceantur atque in aqua vini tartarifati recti-
 ficatissimi 2*x* solvantur.

Externe in diversis morbis tanquam
 roborans, nervinumque vel per se vel ca-
 caplasmatibus aliis admixtum laudatur.

Boli Armenae praeparatio.

Bolus Armenia pulverisata, aqua fon-
 tana diluitur, aqua turbida, tenuissimis

boli particulis mixta leni inclinatione separetur a spisso, novaque aquae quantitas toties affundatur & effundatur leniter, donec praeter arenulas & crassiores partes nihil remaneat. Bolus, quae paulatim in aqua decantata subsedit, effusa illa, servetur exsiccata.

Solent chirurgi nostri externis epithematibus & cataplasmatibus tanquam adstringens admiscere, ubi non raro perutillem invenit locum.

Butyrum Antimonii. Videatur *Antimonii Butyrum.*

C.

Ceratum Saturninum Gouardi.

Rec. Lithargyrii ʒiv

Aceti vini ʒxvi

coque invicem per integrum horam sub perpetua agitatione cum spatula lignea, solutionem decanta & filtra, quae ab auctore vocatur *Extractum Saturni.* Huius extracti si ʒii miscentur cum ▽ communis ffii, Auctori vocatur *Aqua vegeto mineralis.*

Jam recipe

olei olivarum ʒiv

cerae ʒi

mixta

mixta liqueuntur leni igne, huic massae refrigeratae successive adde Aquam Saturninam ex 3xxiv Aquae & 3i extr. Saturni paratae, ea adhibita encheiresi, ut in patina ampla, in loco frigido per vices exiguae saltim doses aquae forti agitatione & concussione ope spatulae ligneae commisceantur, donec tandem aquae quantitas omnis, vel quantum fieri potest, subacta cum oleo & cera formam cerati albi, in magnam molem excrescentis, induerit. Labor hic commixtionis tribus, quatuorve horis absolvi potest.

Vires horum saturninorum contra inflammations externas, contusiones, ambusta, ulcera, fistulas, aliasque plures externos morbos omnibus medicis & chirurgis sunt notissimae.

Colcothar.

Est vitriolum calcinatum vi ignis vehementis ad materiam ruberrimam redactum.

Usus in Emplastris siccantibus.

Cremor, vel Crystalli Tartari.

Rec. Tartari albi aqua calida aliquoties a ffordibus externis abluti & in pulverem tenuissimum contusi.

coquendo in 3xxiv ∇ fontanae, in vase
E 5 figu-

figulino, dissolvantur & fervens adhuc de-
coëtum traiiciatur per manicam Hippocra-
tis, in aliud vas terreum; ubi refrixerit,
crystallos exhibet, in superficie autem li-
quoris crustam, tremoris nomine notam,
qui cum crystallis frigida aqua fontana ab-
luatur & exsiccatus, super porphyrite in
pulverem albissimum conteratur. Si so-
lutio huius tremoris tartari conchis, vel
creta saturatur, ope & vitrioli inde para-
tur sal essentiale acidum tartari.

Vires tremoris Tartari notissimas re-
censere superfluum duco.

Crocus metallorum.

Rec. Antimonii crudi

Nitri purissimi $\frac{1}{2}$ ffii

separatim trita & bene commixta iniiciantur paulatim in crucibulum candens, Peracta deflagratione materia metallica ru- bescens a crusta albicante separetur & teratur in pulverem, qui saepius abluatur aqua calida, donec insipidus sit.

Vehemens est emeticum, raro per se dandum. Praeparatur ex eo Aqua benedicta Rulandi a cel. Selle valdopere laudata, ut & tartarus emeticus.

E.

Electuarium anthelminticum Stoerkii.

Rec. Salis polychresti Glaferi
pulv. rad. Jalapp.

valerianae $\frac{v}{2}$ 3*i*

flat cum oxymellis scilicet $\frac{2}{3}$ v Electua-
rium.

Per illustris Archiater Stoerk sum-
mopere laudat vires huius Electuarii an-
thelminticas, quae teste cel. Willich
adhuc valdopere augmentur, si sem. cynae
levanticae drachma una admiscetur.

Electuarium Theriacae Andromachi.

Quia descriptio consueta huius The-
riacae in Dispensatorio Wurtembergico
nimis longa est, multaque superflua,
inutilia, & inefficacia continet, Lectori-
bus meis breviorem, huius loco, Theria-
cam sive Electuarium Thebaicum phar-
macopoeae Edimburgensis commendo,
cuius compositio est sequens.

Rec. Nucis moschatae

cardamomi minoris

Zingiberis $\frac{v}{2}$ 3*i*

Radicis serpentariae virginianae in
pulverem tritae $\frac{2}{3}$ iii

opii in vini albi hispani quantitate
sufficiente diffusi 3*i*

Mellis

Mellis despumati triplum pondus
pulverum.

misce fiat Electuarium supplens Theriacae
Edinensis vices.

Virtutes huius Theriacae ex ingre-
dientibus nemo non facile perspiciet.
Ubique Theriacae vulgaris vices abunde
supplet.

Elixir acidum Halleri.

Ex aequalibus partibus spiritus vini &
olei vitrioli inter se mixtis constat.
dosis est a guttulis VI ad X. ex vasculo
aqua repleto. Laudatur a celeb. Zimmer-
manno in epilepsia, chorea sancti Viti,
haemoptysi, fluxu mensium nimio, febri-
bus biliosis & morbis nervorum; magnos
saepe in scabie effectus inde videre mihi
contigit.

*Elixir balsamicum stomachicum tempe-
ratum Hoffmanni.*

Rec. Extracti Absynthii
cardui benedicti
centauri minoris
gentianae ॥ ʒi
flavedinis corticum aurantiorum amaro-
rum, ab omni albedine mundatorum ʒiv
affunde vini hungarici optimi ʒgii
corticum Q rectificati ʒii
stent

stent per triduum infusa in digestione,
postea filtrata reponantur.

Viennenses extractis adhuc addunt
Salis Tartari ʒi.

Elixir idem a beato Kleinio emendatum.

Rec. corticum aurantiorum rec. ʒiſſ con-
tunde in mortario, adde

Extr. card. bened.

cent. min.

gent. rbr.

c. cascarill. aquos.

myrrhae aquos. ʒiſſ ʒii

arcani tartari ʒiſſ

milce & digere c. vini hisp. aut aquae
menthae vinos. ʒii.

fiat Elixir, cuius dosis guttas 60 ad 100.

Hypochondriacis in primis utilem ha-
bet hoc Kleinii Elixir illustr. Baldinger.
Tonum ventriculi roborat, appetitum &
concoctionem auget.

Elixir Roberti Whytt.

Rec. pulv. cort. peruv. opt. ʒiv

rad. gent. rubr.

flaved. cort. ⊖ ʒiſſ

~ vini Gallici ʒiv

digere per sex dies, balneo arenae, cola.

Est

Est stomachicum praestantissimum,
mihi usitatissimum. Unde inclitus Ar-
chiater Baldinger: est hoc medicamentum
tanta, inquit, virtutis, ut eo in artis exer-
citio carere nolim.

Elixir antiscorbuticum Sellei.

Rec. Extr. trifol. fibr. }
cent. min. }
fumar. }
graminis } aquos.
 } 2*fl*

solve in ▽ fl. chamom. *ff*iv.
adm.

✓ cochleariae *ii*
olei vitrioli alb. *iii*

huius medicinae praestantissimae usum *de*
tulus docet.

Elixir resolvens Sellei.

Rec. Salis tart. dep. *ii*

Satura

cum aceti scillit. q. s.

admisce

extr. fumariae }
cent. min. }
trifol. fil. }
gent. rubr. } aquos.
 } 2*fl*

Aqua

Aqua chamom. f. v. ℥ii
 Tinct. Antimonii Jacobi
 martis aperitivi a. 2*i*

misce,

In cachexiis, hydrope, obstructionibus viscerum abdominalium cum magna laxitate omni biorio cochlear dimidium huius remedii utiliter datur.

Elixir Guaiacinum volatile.

Rec. Gummi Guaiac 2*i*v
 bals. peruv. 3*i*i
 olei stellatitii sassafras 3*ii*
 & ⊖ *ci vinosi ℥ii
 macera dies sex in phiala clausa, &
 colata.

Specificum in Podagra & Arthritide habetur, propter calida autem eius ingredientia non promiscue, sed summa cum cautione ex debita indicatione exhibendum est.

Emplastrum adhaesivum.

Rec. Empl dyach. simpl. ℥ii
 picis burgundicae 2*i*ii
 misce, liquecant, ut fiat Emplastrum.
 Pro uniendis absque sutura vulnerum labiis expetitur.

Em-

*Emplastrum de *co c. grio.*

Rec. Argenti vivi ʒiii
bals. ♏ simpl. ʒi
misce exactissime, admisce paulatim
Gummi *ci liquefacti ℥ii fiat Empla-
strum.

Primarium merito inter Emplastra re-
solventia locum meretur.

Emplastrum de cicuta.

Rec. Succi rec. cicutae ʒxvi
pulveris herb. cicutae rec.
Gummi *ci
Aceti scillitici ʒviii
cerae citr.
olei oliv. ʒiv
m. f. L. a. Emplastrum in tumoribus
scrophulosis, scirrosisque utilissime ap-
plicatur.

Emplastrum de cumino.

Rec. ceræ citrinae
Empl. diapalmae
olei olivarum
sem. cumini ʒvi
Baccarum lauri ʒii
olei destill. cumini ʒi
cera, oleum & Emplastrum leni igne li-
quentur, quibus pulvis ex cumino & lauri
baccis

baccis optime immisceatur, tandem oleum destillatum cymini addatur & Emplastrum, vesicae bubulae involutum, reposatur.

Resolvit, flatus discutit, roboret, tympaniticis & hysterics prodest.

Emplastrum diachylon cum Gummatibus.

Rec. Empl. diachyli simpl. $\frac{ff}{ii}$
adde Gummi \ast ci
Galbani in aceto soluto-
rum $\frac{aa}{ii}$ $\frac{zi}{ii}$
croci pulverisati $\frac{zi}{ii}$

misce.

Emollit, maturat, digerit abscessum fientem, iam vero facti atque rupti reliquam duritatem resolvit, ac emollit egregie.

Emplastrum diachylon simplex.

Rec. mucilaginum foeni graeci
lini
rad Altheae $\frac{aa}{ii}$ $\frac{ff}{ii}$
olei clari olivarum $\frac{ff}{iiii}$
Lithargyrii in subtilissimum pulverem
triti $\frac{ff}{ii}$

coque oleum & lithargyrium leni igne,
perpetua agitatione, semper $\frac{zi}{ii}$ aut $\frac{ff}{ii}$
aqua fontanae instillando, ad solutionem

Kep, pharmac.

F

Li-

Lithargyrii & Emplastri albi, subgrisei
consistentiam. Postea addantur mucila-
gines, & continuata lenta coctione, ad
iustum emplastri consistentiam redi-
gantur.

Iuvat maturationem tumorum duro-
rum, ad suppurationem tendentium.

Emplastrum Diaphoreticum Mynsichti.

Rec. cerae flavae ʒxi
colophonii
bdellii ʒiv
succini citrini ʒiii
Gummi *ci
terebinthinae purae ʒii
Galbani
sandarachae ʒi
masticches
thuris electi ʒiiii

cera cum colophonio liquetur & coletur,
quibus ab igne sepositis & semifrigeratis,
terebinthina & reliqua in pulverem con-
trita immiscendo, fiat secundum artem
Emplastrum.

Potenter discutit, in ischiatrico malo,
tumoribus oedematosis pedum aliisque
malis utiliter adhibetur.

Emplastrum diapompholygos.

Rec. olei solani ℥iiij
cerae albae ʒxxx
cerussae
plumbi usci ʒij ℥ij
pompholygos
olibani ʒiv

cerussa & oleum lenissimo igne una cum
solani ℥i coquantur ad unguenti spis-
sioris consistentiam; quibus addatur cera
alba, & cum sub perpetua fere agitatione
refrigerent, reliqua subulissime trita, ad-
misceantur.

Refrigerat, exsiccat, dolores lenit.

Emplastrum de Galbano crocatum.

Rec. Gummi Galb. in ♪ soluti
Empl. de meliloto
diachyli simpl. ʒij ʒiiij
cerae
terebinthinae ʒi
croci orientalis pulverisati ʒvi
misce fiat Emplastrum.

Tumores duros emollit, resolvit, sup-
purationem promovet, doloresque mi-
gat.

Emplastrum hystericum.

Rec. Gummi Galbani colati $\frac{1}{2}$
 Asae foetidae colatae
 cerae flavae $\frac{1}{2}$
 Resinae albae $\frac{1}{3}$
 liquecant simul, leni igne, ut fiat Em-
 plastrum.

In doloribus hystericis abdomini im-
 positum saepe utilissimum invenitur.

Emplastrum de Hyoscyamo.

Rec. olei e seminibus expressi seminum
 hyoscyami
 succi herbae hyoscyami $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$
 coquantur ad humiditatis consumtionem;
 colatura adde
 cerae citrinae $\frac{1}{3}$ xv
 terebinthinae $\frac{1}{3}$
 pulveris herbae hyoscyami $\frac{1}{3}$ i
 miscantur, fiat Emplastrum.

Ad rheumaticos dolores, tumores
 glandularum atque splenis affectus laú-
 datur.

Emplastrum resolvens Schmuckeri.

Rec. Gummi *ci $\frac{1}{2}$ i
 Asae foetid. $\frac{1}{2}$ i
 sap. venet. $\frac{1}{2}$ i

solve

solve in \ddagger vini s. q. inspissa leniter ad consistentiam Emplastri in tumoribus & stagnationibus a causis spasmodicis, nec non in tumoribus articulorum egregie conducit.

Emplastrum vesicatorium.

Rec. cerae flavae $\frac{3}{4}$ x

tereb. venet.

olei olivarum $\frac{3}{4}$ $\frac{3}{4}$ iii

pulveris cantharid. $\frac{3}{4}$ viii

m. f. Empl.

Si nimia adest irritabilitas, ante applicationem utiliter cum camph. miscetur, unde etiam interdum applicationem sequens praecavetur stranguria.

Emplastrum vesicatorium perpetuum.

Rec. pulv. cantharid. $\frac{3}{4}$ ii

— Gummi Euphorb. $\frac{3}{4}$

— — mastich.

Terib. venet. $\frac{3}{4}$ iv

m. f. Empl.

Scopo rubefaciendi adhibetur. Sic in morbis catharralibus, oculorumque inflammationibus egregias exserit vires, in primis cum camphora mixtum si fuerit. Nec non loca a vesicatoriis suppurantia, in suppuratione retinendi vim habet.

Essentia Asae foetidae.

Rec. Gummi Asae foetidae ʒii
 ~ vini rectif. flvi

digere, cola

In affectibus hystericis, pro re nata ad ʒi
 usque exhiberi potest haec Essentia.

Essentia Alexipharmacum Stahlii.

Rec. Rad. Angelicae

— imperatoriae

— Helenii ʒi

— carlinae

hirundinariae

pimpinellae ʒi

HB Scordii ʒiii

~ vini rectificati flviß

post sufficientem extractionem, exprimantur & per filtrum trajecta Essentia servetur.

Praescribitur a multis adhuc medicis:
 ad ventriculum roborandum, flatus dissipandos, urinam & transpirationem promovendas, nec non in febribus malignis, catharralibus, intermittentibus, Lymphae, sanguinisque vitiis, a 40 ad 50 guttas.

Essentia Castorei.

Rec. Castorei moscov. minutim incisi ʒiii
 ~ vini rectificati ʒxv.

per

per octiduum macerentur, exprimantur & postea filtretur Essentia.

Ad effectus hystericos interne, uti & ad odoratum exhibetur. Dosis interne sumatur a guttis 30 ad 50.

Essentia carminativa Wedelii.

Rec. Rad. Zedoariae ʒiv

carlinae

calami

Galangae ʒii

flor. chamaemeli rom,

sem. canisi

caryi ʒi

- caryophillorum aromaticorum

Baccarum lauri ʒvi

macis ʒi

cort. Citri ʒi

concisa, contusa grosso modo macerentur in

~ cort. citri ʒivii

~ nitri dulcis ʒiis per vi dies. Expressa & filtrata Essentia usui servetur.

Communis est mulierularum Solingenium medicina, quam evidenti cum usu sine praescriptione medici sibi ex officinis accessunt. Neque etiam effectus carminativus huius Essentiae revera est spernendus.

a guttis 50-60 & ultra dari potest.

Essentia chiae chiae simplex.

Rec. corticum chiae chiae pulverisato-
rum ʒiii

ꝝ vini rectificati ʒxii

digere aliquamdiu, postea Essentia bene
saturata expressa filtretur.

Non modo in febribus, sed etiam,
ubi tonum relaxatum roborandi scopus
est, convenit.

Dosis a guttis 60 ad 80.

Essentia chiae composita Helwig.

Rec. cort. peruviani ʒiii

rad serpentariae virginianae ʒii

contraiervae ʒi

in pulverem tritis, affunde

ꝝ vini rectificati ʒxvi

post sufficientem extractionem, expriman-
tur & Essentia per chartam bibulam filtrata,
reponatur.

Alexipharmacum, antifebrilis, tonica,
carminativa iure habetur.

Dosis, guttae 50 ad 70.

Essentia corticum aurantiorum spirituosa.

Rec. cort curassavicum, ab albedine
interiori separatorum ʒii

affunde ꝝ vini rectif. ʒiiii

post

post sufficientem extractionem exprime & per chartam emporeticam filtra.

Egregium est stomachicum, carminativum & tonicum.

Dosis, guttae 30 ad 60.

Essentia lignorum.

Rec. Rasurae ligni Sassafras

cum cortice ʒii

— Sancti ʒiii

— Rhodii ʒiiii

— Sandali rubri

— — citrini aa ʒi

affundantur \wedge vini ffii

per octiduum digerantur, postea exprimantur & filtrantur.

Sanguinis & Lymphae purificans corrigensque habetur.

Dosis a guttis 30 ad 70 in idoneo vehiculo.

Essentia Pimpinellae albae.

Rec. Rad. Pimpinellae albae ʒiii

\wedge vini rectificati ʒxv

macerentur per aliquot dies, ut extrahatur Essentia, filtranda & servanda.

Diaphoretica, alexipharmacata, diuretica in doloribus colicis torminosis, Lymphae vitiis corrigendis & in angina cathar-

rali sine vehiculo deglutita efficax habetur, ut & Gargarismis non sine utilitate additur.

Dosis a guttis 50 ad 60.

Essentia Scillae.

Rec. salis tartari ʒii

aceti scillitici, per infusionem aceto destillato parati & probe saturati ʒxii misce & evapora † leni igne ad mellis spissitudinem ex vase figulino probe vietato. Massa salina residua dissolvat in

▲ vini rectificatissimi ʒvi
digere per aliquot dies, postea clarum a spisso per inclinationem vasis separa & serva.

Antasthmatica, resolvens, diuretica censetur. & in hydrope utiliter adhibetur.

Dosis a guttis 40 ad 60.

Essentia terrae Catechu.

Rec. terrae seu potius succi Catechu ʒi

▲ cydoniorum ʒiv
solutione per digestionem peracta filtratur.

In haemoptysi, atque nimiis haemorrhagiis, diarrhoea, vel ubi adstrictione opus est, convenit.

Dosis a 30 ad 50 guttas.

Essen-

Essentia Valerianae composita.

Rec. Rad. valerianaæ,

serpent. virg. \approx 3*i*

camphoræ 3*i*

infundantur in \wedge vini rectificati 3*viii*
post sufficientem extractionem exprimatur
& filtretur Essentia.

Vires sunt alexitericae, uterinae,
commendatur ab Hermanno epilepticis.

Dosis, guttae 40 ad 60.

Extractum Absynthii.

Rec. Summitatum Absynthii, in
umbra siccatarum, vel potius re-
centium $\frac{1}{2}$ i

concise macerentur in

∇ fontanae $\frac{1}{2}$ vi, vel saltem iv
per quatriduum, in loco calido, postea
leniter ebulliant, exprimantur, liquor inde
expressus & colatus coquatur igne lento ad
iustum extracti consistentiam.

Vires habet stomachicas, tonicas,
Anthelminticas. Dosis a 3*fl* ad 3*i*.
Probe notandum, quod ex vegetabilibus,
non modo gummosis, sed etiam resinosis
partibus constantibus, extracta longe me-
liora obtineantur, si aquae, in qua ma-
cerentur, portio quaedam \wedge vini v. g. $\frac{1}{2}$
singulis, 3*ii* addantur.

Eodem modo parantur.

Ex.

Extracta *cardui benedicti.*
 fumariae.
 cochleariae.
 Tanaceti.
 Trifolii febrini.

alioque, quorum ingens in Dispensatorio
Wurtembergico habetur numerus.

Extractum aconiti.

Aconiti folia recentia contundantur & sacco cannabino inclusa prelo comprimantur valide, ut succum praebent, qui in vasis repandis aquae ferventis fervore calefactis illico exhaletur ad mellis spissoris crassitudinem, sub finem assidue agitans.

In arthriticis morbis, in sero acri viioso per sudorem, urinam vel alvum eliminando, in tumoribus glandularum scirrhosis resolvendis, & in ulceribus refractariis consolidandis laudatur.

A minima dosi v. g. $\frac{1}{4}$ grani parte incipiendum esse suadent Medici.

Eodem modo parantur.

Ex-

Extracta Belladomae.

*flammulae Jovis,
byoscyami.
stramonii.*

quae in canore, acreidine humorum, diversis oculorum morbis, convulsionibusque varia ex indicatione adhibentur, quaeque omnibus lectoribus iam dudum nota suppono.

Extractum Aloes gummosum.

Rec. Aloes succotrinae optimae 3vi
redige in pulverem ac in cucurbita
vitrea affunde ▽ font. ℥ii
in vase tecto, loco calido, tres dies di-
gere, ut solvatur; solutionem a faecibus
separatam, leni igne ad extracti consisten-
tiam evapora.

Alvum laxat, menses & haemorrhoi-
des pellit, unde cautus sit, oportet, eius
ūsus.

Extractum foliorum cicutae.

Cicutae florescentis foliorum & cau-
lum succo, ut aconiti expresso & ad mel-
lis liquidioris spissitudinem exhalato; iam-
que refrigerato, adde foliorum cicutae ex-
siccatorum & in pulverem tritorum, quān-
tum

tum sufficiat, ut fiat massa formandis pilulis apta. Curandum autem, ut exhalatio eo tandem procedat, ut pulveris quinta circiter pars admisceri possit.

Vires cicutae tot contrariis nituntur opinionibus & experimentis, ut fere nihil certi determinari de iis possit. Nihilo minus in scrophulosis, scirrhosisque tumoribus resolvendis, in gonorrhoea, fistulis, ulceribus aliisque malis summo saepe cum fructu adhibetur. A minima semper dosi incipiendum, & paulatim adscendendum esse suadet Stoerckius aliique.

Extractum gentianae.

Rec. Rad. gentianae q. v.

concise & contusae affunde

Aqua quadruplum. Decoque ad medietatem & exprimens valide cola. Decoctum illico vaporet in vasis aquae ferventis vapore calefactis ad mellis spissitudinem. Est roborans, antifebrile, stomachic m & anthelminticum insigne. —

Extracta Radicum hellebore nigri.

foliorum pulsatillae nigricantis.

— *ruteae.*

Eodem parantur modo.

Ex-

Extractum Jalappae.

Rec. Rad. Jalappae ff*i*
 & vinosi rectif. ff*iv*
 Aquae libras II

digere in vase clauso dies viii & cola. Colatum destilla ex retorta ad medietatem; dein reliquum in vasis apertis vapore ferventis. Aquae calefactis exhaletur ad melis spissitudinem; sub finem assidue agita, ut uniformis sit & sine grumis. Usus omnibus notus.

Extractum corticis peruviani & ligni campechensis.

Eodem modo paratur, adhibito tantum loco & vinosi rectificati & aquae, & vino tenuiore. Utriusque vires roburantes, antifebribles, subadstringentes omnibus notae sunt.

Extractum martis pomatum.

Rec. Limatura ferri purissimae ff*i*
 superfunde succi pomorum acidorum
 rec. expressi & depurati ff*iv*
 stent in digestione calida in cacabo ferreo,
 per plures dies. Postea coquantur, spatula perpetuo agitata, lento igne ad dimidia partis consumtionem clarum a spisso
 co-

colando separetur, & ad extracti consistentiam inspissatum reponatur.

Tonicum egregium est, hypochondriacis, cachecticis, ac ubi vermium suspicio est, convenit.

Extractum myrrhae aquosum.

Rec. Myrrhae rubrae electae pulveris
satae $\frac{1}{2}$ ℥
irorra

liquoris nitri fixi ʒi
& spatula lignea probe misce. Repone in
cellam per dies xiv. Tandem affunde
aquam fervidam, agita massam; dein
quieta relinquatur, donec crassius sedimentum
deposituerit. Clarum decantetur. Residuo
aquam fervidam denuo affunde,
donec tingi desinat. Tandem aqua omnis
myrrha impraegnata moderato calore ad
debitam consistentiam evaporetur.

Est uterinum, pectorale, balsamicum,
vulnerarium. Dosis gr. V ad X. —

Extractum Nicotianae.

Folia nicotianae integra exsiccata per
noctem in aqua fontana (sicilicet $\frac{1}{2}$ ℥ Nico-
tianae in ∇ $\frac{1}{2}$ vi) macerentur; mane in-
fundantur cribro, ut aqua effluat; Folia ita
macerata atque aqua abluta in $\frac{1}{2}$ x. ∇ fon-
tanae

tanae magna ebullitione ad dimidiae partis consumtionem coquantur. Decoctum albumine ovorum clarificatum, valido igne & celeri ebullitione ad consistentiam extracti insipissetur.

Commendatur in tussi pectorali & phtysica diuturna mitiganda & cohibenda. A granis V vel VI exhibitum nonnunquam per superiora & inferiora fortiter purgat.

Extractum panchymagogum.

Rec. Scammonii aleppensis ʒi
 Rhabarbari veri
 sem. Ebuli ॥ 3vi
 Agarici albi 3vii
 Turbith. resinosi
 hermodactylorum ॥ 3v
 hellebori nigri ʒl
 Fol. Sennae ʒii
 colocynthidis 3x.

Rhabarbarum, hermodactyli, helleborus & folia Sennae minutim incisa infundantur in ▽ font. bullientis ॥ii macerentur per XXIV horas, atque, post unicam ebullitionem exprimantur, in expresso solvantur Aloes soccorr. ʒiii atque seorsim serventur. Reliqua vero, scammonium, semen Ebuli, Agaricus, Turbith & colo-

cynthis per repetitam affusionem & vini rectificati s. q. extrahantur, extractiones per chartam emporeticam filtratae, cum solutione aloes colata misceantur, atque & in balneo abstrahatur, residuum vero leni igne ad extracti consistentiam redigatur.

Praescribitur a multis adhuc medicis & pro purgante universalis habetur.

Dosis a granis X ad XV.

F.

Flores Benzoes.

Rec. Benzoes tritae q. v.
indatur in ollam figulinam; cui, adaptator
prius orae cius cucullo chartaceo ampio,
subiice lenem ignem, ut flores sublimen-
tur. Si oleo inquinati sunt, solutione in
calida, crystallizatione purifcentur.

Laudantur ad asthma & omnes pul-
monum affectus; coagulum Lymphae mu-
cido-ferosae solvunt & sudorem movent.

Dantur grana II ad IV ex ovo sorbili.

*Flores ⊖ *ci simplices.*

Rec. Salis ammoniaci q. I.
solvatur in calida, solutio filtretur, poste-
in locum frigidum mittatur, & flores in li-
quore

quore subsidentes exsiccentur; liquor vero remanens pro ulteriori florum collectione per exhalationem concentretur.

Scopo resolvendi, incidendi in viscereum obstructionibus, febribusque intermittentibus dantur a 3i ad 3ii & 3i .

Flores ⊖ ✠ ci martiales.

Rec. Limat. martis subtiliss. tritae $\frac{2}{3}\text{iv}$

Salis ✠ ci contusi $\frac{2}{3}\text{viii}$

in pulverem redacta & optime mixta ac aliquantduo loco frigido reposita, pellantur ex retorta vitrea, igne arenae gradatim aucto; primo destillabit liquor salinus penetrantissimus, tandem satis intenso, sublimantur in collum retortae flores.

Incidendi, dissolvendi, tonicam ac anodynam habere virtutem dicuntur. In teneriori aetate non ultra granum dimidium aut integrum, in adultioribus ad V - VIII - X adscendere licet.

Flores sulphuris.

Rec. ♀ris communis in frusta difracti q. I

iniice in cucurbitam terream, vitreatam & imposito alembico ampio vitreo, ex arena sublima igne non nimium intenso. ne flores sublimati fluant, qui mutatis saepe

alembicis sunt colligendi & denuo ♀ris subinde aliquid cucurbitae immittendum, quo usque sufficiens florum quantitas collecta fuerit.

Ad pectoris morbos, scabiem expellendam, ulceraque foetida laudatur. Datur a granis XII ad XX.

Flores Zincii.

Rec. Zincum. q. l.
& per se in olla vitreata sublimetur.

Praeter externum eorum in collyriis usum praecipue in morbis convulsivis, ipsa Epilepsia & tussi infantum convulsiva mire profundunt. Dosis a grano dimidio incipienda.

H.

Hepar ♀ris.

Rec. flor. vel ♀ris purissimi flavi ℥ii fluant in vase tigulino vitreato & successive admisceantur

⊖ ♀ri siccissimi ℥ii
optime spatula agitata & ab igne remota serva.

Laudatur in scabie a cel. Wendt, inservit praeterea lacti ♀ris parando.

I.

Julapium e camphora acetosum.

Rec. camphorae ʒi

Gummi arabici ʒii

Sacchari finissimi ʒʒ

aceti vini ℥ii

misce.

In febribus malignis, nervosisque
praestans est medicina.

Infusum Ipecacuanhae Caroli Gianella.

Rec. Pulv. rad. Ipecac. ʒiʒ

cort. ♂ curassav. ʒii

crem. Tartari ʒʒ.

Ebulliant cum ʒiv aquae fontanae, collaturaē adde

oxymellis squillitici ʒʒ

cochleatim exhibitum illud infusum, primarum viarum fordes, bilem eliminat per vomitum & per urinae vias, hinc in omni genere febrium acutarum remittentium, intermittentium, optima est medicina, & non raro praevertit exanthemata cutis, quae sunt cum febre, & ab impura colluvie primarum viarum gigni solent. Saepeissime miratus est celeberrimus Baldinger, opem praestitisse illico hoc infusum in recensitis morbis. Ieteraſaepius egregie

medetur idem remedium, & tussim sanat
stomachicam, asthma depellit humidum,
menstrua revocat infusum ex Ipecacuanha.
Quare egregiam hanc formulam ex illu-
stris Baldingeri additamentis Pharm.
Edimb desumtam, saepius a me eviden-
tissimo cum effectu praescriptam, omittere
nolui.

K.

*Kermes minerale, sive pulvis carthu-
sianorum.*

Rec. nitri fixi ℥iiij
solve in ▽ font. ℥xv
solutionem filtratam seorsim serva.
- Rec. antimonii crudi hungarici grossiori
modo contusi ℥iii
superaffunde
liquoris alcalini modo praescripti ℥vii,
coque in figulino vase igne per unam vel
alteram horam leniter continuato, postea
liquorem affunde & filtra. Tandem reli-
quam liquoris portionem antimonio af-
funde, coque & filtra, ut dictum.

Liquer per filtrum ita colatus re-
quiescat XXIV vel plures hora, sic pulvis
rubicundus fundum petet, qui postea af-
fusa ▽ calida saepius edulcoretur & usui
ser-

servetur. Ad obtinendum autem Kermes minerale mitius praefertur illa methodus, qua antimonii in grossum pulverem comminuti fieri cum subquadrupla saltem portione salis alcalini fixi in ∇ fieri soluti per IV horas coquitur (eandem semper ∇ quantitatem servando) postea lixivium hoc hepatis antimonii servidum filtratur, in locum frigidum ponitur, ut pulvis ruber sponte fundum petat, subdecuplum circiter antimonii assumpti pondus aequans aqua edulcorandus. Liquor superstans antimonio residuo reaffunditur, addita per evaporationem amissâ ∇ portione, denuo coquitur, sicque labor aliquoties dicto modo iteratur. Mitissimum acquiritur fieri antimonii, si Kermes ipsum iam praeparatum cum duplo alcali larga ∇ quantitate denuo coquitur, tum enim ex ∇ filtrata & refrigerata, purius, metalli parte magis privatum, descendit. Dosis a grano I ad VI in morbis sub sulphure aurato antimonii nominatis.

L.

Lapis calaminaris praeparatus.

Rec. Lapidis calaminaris fieri candelat ter vel quater in crucibulo, atque toties in ∇ rosarum extinguatur,

postea siccatus in subtilissimum pollinera
teratur, atque super marmore laevigetur.

Usus est externus in collyriis, un-
guentis, Emplastris, siccatur & adstringit.

Lapis causticus.

Rec. cinerum clavellatorum $\frac{f}{z}$ i
calcis vivae recentis $\frac{f}{z}$ ii
addita s. q aquae coquantur invicem in
sartagine ferrea, lixivium adhuc dilutum
decantetur, vel per filtrum transfundatur,
tum clarum denuo coquatur usque dum
solidescat. Sal alcalinum lacerrimum re-
manens spatula ferrea eximitur, vase vi-
treo exakte clauso, in loco calido asser-
vandum.

Est cauterium potentiale, & ad ab-
fcessus aperiendos, excrescentias destruen-
das &c. adhibetur.

Lapis divinus.

Rec. vitrioli de Cypro
nitri purissimi
aluminis crudi $\frac{m}{z}$ iii
optime contusa & pulverisata liquecant in
vitreo vase calore arenae, quibus lique-
factis adde

camphorae tritae $\frac{m}{z}$ ii
mixta & refrigerata massa servetur, adhibe-
tur in collyriis ad oculorum affectus.

Lapis

Lapis infernalis.

Rec. Argenti purissimi ʒii
 solve in √ nitri ʒvi
 evaporetur solutio ad IV partis consumtio-
 nem, atque ad crystallisationem repona-
 tur. Crystalli colligantur, liquor denuo
 evaporetur & labor repetatur, donec omnis
 liquor in crystallos vel salem abierit. Has
 crystallos crucibulo satis magno immitte.
 Adhibe ignem primo lenem, tumebit
 materia, deinde subsidebit, tandem ignis
 gradu auēto olei instar fluet, quam ef-
 funde in canalem ferreum cylindricum
 prius calefactum & sevo illitum. Massa
 nigra & compacta esse debet, alias denuo
 in crucibulo liquanda & effundenda, si
 successerit in vitro clauso probe servanda.

Lapis medicamentosus.

Rec. vitrioli albi ʒiv
 Salis ammoniaci ʒviii
 cerussae
 boli arminaee ʒi
 Aceti vini ʒii
 coquantur in figulino vase ad siccitatem.

Desiccat, mundat, partes reluxatas
 roborat. Modus adhibendi est, ut ʒi solva-
 tur in √ pluviae ffigi; solutione filtrata la-
 ventur partes, atque linteae illa imbuta

G S im-

imponantur, vel liquor ipse syringae ope iniiciatur.

Laudanum liquidum Sydenhamii.

Rec. vini hispanici $\frac{f}{z}i$
opii peri $\frac{z}{z}ii$
croci $\frac{z}{z}i$
cinnam. acuti
caryoph. arom. $\frac{a}{z}i$

infusa stent in digestione, calore modico per al quot dies. Colatura servetur. Dosis a guttis XV ad XXV. continet remedii huius drachma, quantum ex opii Scrupulo dimidio solubile.

Liquor anodymus mineralis, aether. Naphta vitrioli, oleum vitrioli dulce.

Rec. olei vitrioli. per rectificationem omni phlegmate orbati $\frac{f}{z}i$
 \wedge vini rectificatissimi, qui ne vestigium aquae continet $\frac{f}{z}vi$

oleum vitrioli instillatur successiue & per vices \wedge vini, quod cum strepitu, non secus, ac si ferrum candens in frigidam iniiceretur, sit, mixtura incalescit, color em adquirit tubeum, odorem gratum, stent, vel digerantur in vitro probe clauso per aliquot dies; postea instituatur destilatio igne arenae lenissimo, e cucurbita satis

satis alta; primo prodit \wedge vini vix mutatus, separatim remoto excipulo servandus, quem sequitur fragrantior, eo usque lenissimo igne destillandus, donec phlegmaticus, sulphuris odorem eructans, (cum tantillo olei) insequatur, cuius mixtio cum priori fragrante provide cavenda. Sistatur destillatio, quando mixtura tandem in fundo cucurbitae in offam nigrum abire incipit, si enim destillatio phlegmatis sulphurei igne auctiori continuatur, facile fit, ut omnis massa illa nigra subito & ex improviso alembicum transcedat. Residuo in cucurbita affundatur

\wedge vini rectificatissimi nova $\ddot{\text{e}}$ ss $\ddot{\text{i}}$, addito simul \wedge , qui primum prodiit vix mutatus, antea separatim servatus. Facta post digestionem destillatione denuo spiritus fragrans obtinetur cum priori miscendus & vitro probe obturato servandus.

Quodsi spiritum primum a secundo separare non placuerit, sed confusi invicem manserint, tum aequa bonus obtinetur liquor, si omne destillatum spirituum residuo oleo vitrioli reaffunditur & igne leni cohobatur.

Liquor hic virtute sua anodyna, antispasmodica, carminativa, diuretica, & sudorifera se commendans a guttis XXX ad LX datur.

Pro diversa ratione olei vitrioli & alcoholis, diversa obtinentur producta. Si enim olei vitrioli & alcoholis, praecipue tartarisati partes aequales, singulorum $\frac{3}{4}$ vi, recipiuntur, de alcohole non mutato nihil, de secundo spiritu fragrante circiter $\frac{3}{4}$ ii & olei vitrioli dulcis largior quantitas obtinetur. Sunt, qui ad nobiliorem unionem \wedge vini cum oleo vitrioli, & maiorem quantitatem olei vitrioli dulcis obtinendam, destillatum hoc reaffundunt & iterum destillant, similemque laborem cum novo \wedge vini repetunt, optimo cum successu. Si alcoholis $\frac{3}{4}$ iii olei vitrioli fortissimi $\frac{1}{4}$ i admiscetur, spiritus citra mutationem primum destillans, nonam in circa partem, oleum vitrioli dulce, fragrantissimum, pellucidum, secundo liquori supernatans, ab omni acido adhaerente privatum, XVIII partem ponderis liquorum assumtorum aequare observatum est, remanente subtriplo olei vitrioli, quod erat receptum. Quoniam post suavissimum, secundum liquorem, igne continuato & auctiore liquor stillaret fortissimum $\frac{1}{4}$ i odorem eructans, \wedge vitrioli volatilis, ideo ille & ab hoc, & ab eo, qui primus destillavit, mutato subinde excipulo, provide separandus & asservandus est.

Quamvis

Quamvis enim continuata destillatione cum spiritu vitrioli volatili & phlegmate acido sulphureo oleum ulterius expelli possit, ut gravius, magis tinctum & fortissimo odore sulphureo inquinatum, hoc tamen, (sicut etiam liquor anodynus acido sulphureo inquinatus) non, nisi additione aquae & salis alcali & iterata destillatione depuratum pro oleo vitrioli dulci venditari potest. Praestat, obtento spiritu secundo ab ultegiori destillatione desistere & sic facilem materiae descensum praecavere.

Materies a destillatione reliqua, nigerrima, tenax, ita potius in usum convertatur, ut ipsi aqua, ne filtrum arrodat, adiiciatur, per filtrum traiecta aeri libero, usque dum odor sulphureus evanescat, exponatur, deinde per rectificationem condensetur, sicque oleum vitrioli remansens obtineatur, dictis laboribus, in primis, si nova portio olei vitrioli additur, denuo inserviens.

Patet ex indicatis fundamentum & Encheiresis, acidum vitriolicum dulce sub varia forma & quantitate obtainendi.

Spiritus supra dictus secundus ex anatica vel dupla portione Alcoholis, cum oleo vitrioli mixti obtentus, alcoholē ipso levior, tardius cum aqua coiens, hinc su-

super eam, si accendatur, ardens, vocari solet Aether. Oleum descriptum vitrioli dulce, aethere adhuc levius, Naphtae nomen accipit, cum aqua plane non miscetur, flummam, in viciniam vasis, quo continetur, collocatam, per vapores, quos emitit, arripit & quasi attrahit. Solutioni atiri, si admiscetur, concutendo, ex aqua Regis eripit metallum, quamvis in aggregato ponderofissimum, ut superdat.

Aether, sive Naphta, cum portione resinae sub destillatione remanentis, elotae, digestione colbratus, liquorem Manchini constituit.

Vires Aetheris & Naphtae sunt adhuc validiores, quam liquoris anodyn. Frigoris sensum cuti, si instillentur, imprimit. Summa volatilitate egregios, in moderando fluidi nerve motu effectus praefstant.

Liquor cornu cervi succinatus.

Réc. spiritus c. c. aliquoties rectificati ʒvi

Salis volatile succini q. s. ad saturationis punctum. Misceantur & digerantur per aliquot dies in vase probe clauso, postea per chartam emporeticam filtrata serventur.

Dia-

Diaphoreticae, diureticae, antispasmodicae vires adversus motus convulsivos epilepticos puerorum, hystericos affectus & hemicraniam efficaces habentur.

Liquor cornu cervi succinatus albus.

Rec. Salis volatilis cornu cervi & succini depuratorum portionem anaticam, vel quantum unius, ad saturacionem alterius sufficit. Solve in aquae cerasorum nigrorum ʒviii filtra, serva.

Colore albicat, odore non est adeo empyreumatico, viribus iisdem.

Liquor probatorius.

Rec. Auripigmenti ʒi calcis vivae recentis ʒii pulverisata coque cum aquae f. q. in vase figulino, dimidio quadrante horae, ut ʒii liquidus filtrandi possint decantari.

Ad detegendum mangonium vini Lythargirio inquinati adhibetur. In vino sincero guttatum instillatus deponit sedimentum citrinum, Lichargyri autem vel Sacchari Saturni admixtio proditur, si liquor est recens paratus, quam primum in-

instilletur vino, nigrescit & nigrum sedimentum ponit.

Liquor terrae foliatae Tartari.

Rec. Terraæ foliatae Tartari siccissimæ ʒii
superaffunde

ꝝ vini optimi rectificatissimi ʒviii
digerantur per aliquot dies, spiritus lento
igne aliquoties cohobetur, tandem liquor
tinctus per chartam filtratus servetur.

In omnibus ab obstruktione natis morbis
egregium est remedium, in primis si
Tinctura Rhei admiscetur.

Liquor, sive liquamen Myrrhae.

Rec. Gummi Myrrhae ʒi
c. s. q. vitell. ovor. solve in

Aquaæ florum Sambuci ʒvi
misce.

In ulceribus & vulneribus, ubi solidæ partes nimis laxae sunt, nec non in oculorum morbis egregie conductit.

Loch de Farfara.

Rec. Rad. Farfarae rec. q. l.
coque ad mollitiem, contunde in morta-
rio lapideo & per cribrum traiice.

Huius Pulpae ʒii
adde mellis despumati ʒii

coquan-

equantur ad superfluae humiditatis consumtionem, postea serventur.

Acrimoniam húmorum involvit, abstergit & mundificat. Nuper Farfara & eius Loch in cel. Baldingeri Promptuario ad scrophulas ut specificum, laudabatur.

M.

Magnesia alba.

Rec. Salis cathartici amari

Salis lixivii pondera aequalia separatim aquae calidae duplo solvantur, & vel colentur, vel aliter a faecibus purificantur, dein misce & protinus adde aquae ferventis octuplum. Bulliat liquor paullisper super ignem & simul agitetur, quo facto quietum relinque, donec calor paullum imminuat, tum per linteum colletur. Super hoc manebit magnesia, quae aqua pura lavetur, donec prorsus insulsa sit.

Virtute gaudet absorbente & in maiori dosi alvum laxat & evacuat.

Magnesia usta.

Magnesia in crucibulo posita ab igne rubescat duas horas, dein in vasis vitreis

scup, pharmac.

H

obtu-

obturatis servetur. Scopo absorbendi minoris
dosī, quam praecedens, efficax est.

Mel despumatum simplex.

Rec. Mellis $\frac{v}{ii}$

aqua fontanae $\frac{v}{iii}$
ebulliant, despumentur, & per pannum
colatum mel servetur.

Mel rosatum.

Rec. fol. Ros. rec. rubr. $\frac{vi}{ii}$

macerentur per XXIV horas in vase
figulino, exprimantur & colentur. Cola-
turae adde mellis optimi purissimi tantum-
dem. Despumentur & coquantur ad con-
sistentiam melle liquidiorem paulo.

Ad gargarismata, collusiones, inie-
ctiones detergentes inservit. Additur etiam
digestivis & quando ulcera a vesicatoriis
inducta purganda & detergenda sunt.

Mercurius dulcis.

Rec. mercurii sublimati corrosivi in morta-
tario vitreo triti $\frac{v}{ii}$

mercurii crudi $\frac{v}{iii}$
terantur in mortario vitreo, evitato pul-
vere volatili, donec globuli mercuriales
non amplius appareant. Indatur pulvis in
phialam oblongam, cuius tertia pars tan-
tum

tum impleatur. Deinde ex arena sublima, Sublimatione peracta, contractaque phiala, pulverem rubentem circa fundum & albicantem circa collum reiice, tum massa mercurialis reliqua ter aut quater rursus sublimetur & tandem in pulverem tenuissimum teratur.

Rite praeparati mercurii dulcis signum & criterium est, si insipidus atque omnis saporis metallici sit expers, & ex quo, si coquatur aqua fervida, plane nihil solvitur, quod oleo Tartari per deliquum praecipitari potest.

Varium cumque egregium in arte medica usum lippis & tonsoribus notum, omitto.

Mercurius præcipitatus albus.

Rec. ♀rii subl. corrosivi q. l.
Solvatur aqua calida & solutioni paulatim instilla $\wedge \Theta \times$ donec definat deiici pulvis albus, qui saepius abluatur aqua calida.

Ad lichenes, scabiem, tophos venereo externe adhibetur.

Mercurius præcipitatus ruber.

Rec. ♀rii vivi ffß
solve in aquae fortis f. q.
destilla ex retorta in arena ad siccitatem;
H 2 igne

igne fortissimo in fine administrato, sic ut retorta ubique carbocibus obruatur; post refrigerationem in fundo haerebit pulvis ruber, qui, si non colore rubro pulchre splendet, leniter in patina ulterius calcinetur ad auferendas excrescentias, carnem luxuriantem, canceros venereoſ aliaque ulcera maligna mundificanda adhibetur.

Mercurius sublimatus corrosivus.

Facillima methodus eum praeparandi, est, si ȝ c. oleo vitrioli in massam albam salinam redactus cum salis communis aequali pondere sublimatur. Ordinatio modo autem sic praeparatur:

Rec. hydrargyri

acidi nitroſi tenuis ȝ ȝiv

Salis marini calcinati

vitrioli calcinati ȝ ȝv

solvatur ȝ in acido nitroſo & vaporetur
solutio in massam albam penitus sicciam;
dein adde salem marinum & vitriolum.
Bene contrita & commixta indantur phialae,
quam fere dimidiam impleant, & ex:
arena, primum leni igne, postea sensim
aucto, sublimentur.

Inter praeparata mercurialia iure prin-
ceps habendus. De usu eius interno, quando
de pilulis maioribus Hoffmanni vel eius-

solutione in & frumenti loquemur, sermo erit. Archiater monasteriensis Hoffmann ʒi ȝrii huius in ▽ comm. vel alias destillatae, bene odorac, ȝviii solvendum & in scabie & venereis diversis malis externe ad lavandum commendat, quae methodus inter praecipua recentiora inuenta primarium tenet locum.

Mucilago ȝrialis Plenkii.

Rec. ȝrii vivi purissimi ȝi

Gummi arabici ȝiii

misce, tere in mortario lapideo, affunde sensim aliquam portionem syr. de cich. c. rheo, usque dum omnis ȝrius in mucilagine sit redactus.

Haec mucilago vel aqua diluitur vel cum mica panis in formam pilularem redigitur & ita datur, ut omni mane & vesperi grana X sumantur. Pro gargarismate vel fomentatione in ophtalmia venerea cum lacte misceatur. Dantur adhuc multa alia praeparatorum mercurialium genera; sic Selle habet mercurium nitrosum ex ȝrio in acido nitri soluto, quem summopere laudat, & aliud adhuc, sic dictum mercurium tartarifatum, qui ex accurata tritura ȝrii vivi p. I. & tremoris tartari p. II. conficitur, quemque commendat, si cum venereo malo simul cacochymia adeſt scorbutica,

N.

Nitri Naphta.

Rec. & vini rectificatissimi, in maiori
vitro contenti ffl. affunde per vices.

& nitri concentrati ffl.; liquores tranquille coeunt. Elapsis aliquot horis, & circa & nitri affunde denuo, idque post VI vel VIII horas similiter repete, usque dum in liquoribus mixtis intestinum morum, qui tandem satis vehementer fit, videas oriri. Post quaslibet autem affusiones vitrum exactissime debet claudi, & in loco frigido, vel aqua frigidissima detineri. Sub motu isto intestino videbis oleum viridescens superficiem liquoris petere & sensim sensimque augeri. Separatur hoc oleum & liquori residuo denuo aliquot drachmae acidi affunduntur, & quod inde secedit oleum, viridi colore conspicuum separatur. Continuatur ita commixtio acidi, usque dum nullum a superaddito acido ultrem oleum secedit.

Oleum collectum affusa aqua & addito alcali urinoso, (quod purpureo hinc tingitur colore) ab acido adhaerente edulcoratum iterumque separatum usui servetur in loco frigido & vitro bene munito,

sub

Sub titulo Naphtae nitri, quae ita rectificata pondus subtriplo alcoholis ad laborem recepti solet aequare. Vires cum Naphta vitrioli conveniunt.

Nitrum Crystallisatum & depuratum.

Solvatur nitrum in aquae fontanae s. q. leni calore; liquor per pannum colatus ad crystallisationem reponatur. Crystalli longae, pyramidales colligantur & serventur.

Inter salia media temperantia praecipuum habet locum, si iusta ex indicatione datur.

Nitrum Saturninum.

Rec. nitri crudi crystallisati 2*iii*
Sacchari Saturni 2*ii*
Solvantur in aquae rosar. s. q. & in vase vitro ad pulsis crassioris consistentiam evaporentur, postea leni calore penitus siccantur.

Gargarismatibus & collyriis non sine fructu additur.

O.

Oleum absynthii per infusionem.

Rec. olei olivarum $\frac{f}{3}iiii$
comarum absynthii recentis con-
tusarum $\frac{z}{3}xxiiii$

Rosarum rubr. $\frac{z}{3}i$

macerentur per triduum in loco calido,
deinde leni igne coquantur ad humidita-
tis consumtionem, exprimantur & oleum
colatum servetur.

In doloribus ventriculi, diarrhoea &
ad lumbricos necandos, abdomini illi-
tum, prodest.

*Oleum expressum amygdalarum ama-
rarum.*

Fiat eadem ratione, qua sequens. Re-
solvit, discutit, contra susurros & tinnitus
aurium aliquot guttae auribus instillantur;
interne raro vel nunquam praescribitur.

Oleum expressum amygdalarum dulcium.

Réc. Amygd. recentium q. v.
in mortario lapideo contusas sacculo can-
nabino include & oleum torculari exprime,
nullo adhibito calore.

Est emolliens, striaturas dolorificas
relaxans, hinc in doloribus post partum,
colicis

colicis diversis, nephritide calculosa aliisque convenit morbis.

Eodem etiam parantur modo

Oleum semen Lini,
cuius virtus emolliens notissima, uti &

Oleum Ricini.

Cuius vires anthelminticae a multis extolluntur, ab aliis in dubium vocantur, laudatur etiam in colicā saturninā.

Oleum hyoscyami.

Rec. semen hyoscyami, q. v. confundantur, torreantur, & exprimantur.

Est paregoricum & affluxum nimium cohibet. Ad Emplastrum de hyoscyamo requiritur.

Oleum hyperici.

Rec. florum hyperici ad maturitatem seminis fere aceedentium, consuforum $\frac{ii}{ii}$

vini albi $\frac{ii}{ii}$

croci $\frac{ii}{ii}$

olei clari $\frac{ii}{ii}$

post factam trium dierum macerationem, bulliant ad humiditatis consumtionem,

H 5

postea

postea exprimantur & expressum misceatur cum

Tercbinthinae clarae ffigi Vulnerarium & paregoricum praebet eugium, in affectibus nervorum a convulsione & luxatione ortis, nulli cedit.

Oleum ovorum.

Rec. ova recentia, coque ut indurentur, postea vitellos exime, contritos, atque in sartagine, donec rubescant & pinguedinem quandam emittant, leniter assatos adhuc ferventes & forti sacco inclusos exprime.

Est oleum blandum, demulcens, interim cavendum, ne in usum vocetur, quod vetustate acrimoniam rancidam contraxit.

Oleum absynthii destillatum.

Rec. Summitatum Absynthii, cum semine maturitati proximo, in umbra siccatarum, ffigg. xxxv incisae & conquassatae macerentur per triuum in

Aquaee fluviatilis ffigg. xxv additis salis communis ffigg. iii; destillentur postea e vesica ad tertiam partem repleta, & oleum aquae innatans separetur.

Eodem

Eodem modo parantur olea destillata
sequentia:

Oleum *chamomillae*
lavendulae
Maioranae
melissae
menthae
pulegii
Sabinae
Tanaceti.

Oleum Anethi.

Rec. sem. Anethi contusi $\frac{ff}{iv}$
infusum ∇ fluvialis $\frac{ff}{xvi}$
ac per triduum, addita

Salis $\frac{ff}{i}$

maceratum, destilletur e vesica, & oleum,
ut moris, ab aqua separetur.

Eadem encheiresi destillantur reliqua
olea ex seminibus:

Oleum *anisi*
carvi
coriandri
cumini
foeniculi
iuniperi e baccis.
lauri e baccis.

Oleum

Oleum caryophyllorum aromaticorum.

Rec. caryophyllorum ffii
trītis affunde

Aquae pluviae ffxxvi
adde Salis communis 2iv;
stent per sex dies in loco calido, postea
destilla e vesica, sic prodit una cum aqua
oleum caryophyllorum, omnis coloris
expers, quod fundum petit.

Pari modo parantur;

*Oleum cardamomi
cinnamomi
macis
nucis moschatae
piperis.*

Oleum animale Dippelii.

Quoniam pauci Pharmacopoei ipsi hoc
oleum praeparant, prolixam praeparandi
methodum Disp. Wurtemb. omitto, pau-
cisque tantum moneo, quod, si oleum
cornu cervi foetidum per se leni igne de-
stilleatur, primo prodeat A. c. c. parva
quantitas, dein sequatur hoc oleum album,
penetrans, volatile.

Usus eius in nervorum morbis, &
in primis in epilepsia dudum notus & saepe
effi-

efficacissimus fuit. A paucis incipiendum guttis & tandem ad 20. 30. 40 usque ascendere licet.

Oleum cerae.

Rec. cerae flavae odoratissimae ff.

Scindatur in fragmenta tam parva, ut retortae orificio commode possint immitti, eaque repleri ad dimidium. Tum infundatur arenae purissimae tantum, quantum capit venter retortae; calefiat tunc lente retorta, donec cera liquescens arenam sibi permiscuerit, & imbibetur satis: imponatur furno arenae, instituatur, applicato excipulo, destillatio: adhibito primo leni ignis gradu prodire solet aqua acidula, foetens, pauca, una cum spiritu; calore dein aucto, adscendet sensim oleum tenue, dum destillat, in excipulo, instar butyri concrescens; hoc ubi ultra prodire negat, maior adhibendus est ignis, & quidem fortis suppressionis, cuius ope adscendet mox tota massa cerae in excipulum, sub forma butyri. Butyrum hoc cerae, sine ulla additione ex retorta, lenissimo ignis gradu iterum destillari & rectificari debet, oleumque liquidum tenue & butyrosum seorsim excipi

Ad mala papillarum nervosarum, quae in cute extrema denudata sunt, ad fissu-

fissuras labiorum & papillarum in lactantibus, digitorum & manuum rhagades, tumores & perniones a frigore inductos, tendinesque contractos laudatur.

Oleum Terebinthinae.

Rec. Terebinthinae pellucidae q. v.

▽ fontanae sextuplum

destillentur lento igne ex vesica, sicut alia olea destillata; post destillationem oleum ab aqua separetur ac servetur.

Residuum in vesica praebet Terebinthinae coctam, vel ulteriori coctione absque aqua instituta, in colophonium reducitur.

Calidum est, hinc ab usu interno cauteatur. Usum externus multiplex est, ad vulnera & puncturas membranarum, tendinum & nervorum, si calidum instillatur, praebet anodynum & consolidans. In haemorrhagiis ex arteriarum, venarumque vulneribus protuntum est stipticum, modo calidum applicetur & splenii appressis ad locum detineatur.

Oleum vitrioli.

Per destillationem ▲ vitrioli continua, ultima tandem ignis tortura elicetur oleum acerrimum, concentratum,
pone

ponderosum, quod rectificati debet per retortam.

E centenario vitrioli Goslariensis
X fl̄ olei prodeunt & circiter fl̄ XX &
phlegmatis.

Adhibetur ad chemicos & pharma-
ceuticos usus varios.

Oxymel ex allio.

Rec. Allii in tenues lamellas dissecti ʒiſſ
ſem. cumini
foeniculi d. aa ʒii
mellis despumati ʒx
aceti vini ʒxii

cōque semina contusa cum aceto vini in
vafe figulino vitreato, sensim adde allium,
tege vasculum operculo accurate & post-
quam refixerint, exprimatur liquor & in
eodem in calore balnei dissolvantur mel-
lis ʒx.

Non ſolum ad pectoris affectus, ſed
etiam aduersus vermes intefinorum efficax
interdum eft remedium.

Oxymel colchicum.

Rec. Rad. colchici rec. in principio aefta-
tis colleſtae, ſucculentae, in
tenues taleolos ſectae ʒi
Aceti vini ʒgi

haec

haec lento igne in phiala vitrea invicem
digere per XLVIII horas, saepius tamen
phialam agitando, dein colaturam leviter
exprime.

adde huius aceti colchici rite parati $\frac{f}{ii}$
mellis puri $\frac{f}{ii}$

misce & supra leni igne, saepius agitando
cochleari ligneo coque ad mellis consisten-
tiam.

Oxymel hoc grata acidum saporis le-
viter adstringentis tuto interne datur.
Convenit ubique, ubi serum abundans
per urinae vias expelli debet. Promovet
sputa, tussim mitigat & respirationem li-
beram reddit.

Datur a $\frac{z}{i}$ sensim scandendo ad $\frac{z}{i}$
vel $\frac{z}{ii}$ de die. —

Oxymel Scilliticum.

Ex mellis despumati $\frac{f}{iv}$ ac
aceti scillitici $\frac{f}{ii}$

in vase figulino vitreato ad iustum consi-
stentiam coquitur.

Ad pulmonum affectus pituitosos,
hydropicis & asthmaticis commendatur
a $\frac{z}{iii}$ ad vi pro dosi.

Oxymel

Oxymel simplex.

Rec. mellis despumati $\frac{1}{2}$ i
aceti vini $\frac{1}{2}$ ii
coque in vase figulino probe vitreato ad
syrupi consistentiam, servetur in vase
vitreo.

Non solum tanquam resolvens & tem-
perans interne assumitur cum emolumento,
sed etiam in gargarismis adhibetur.

P.

Pilulae alterantes Plummeri.

Rec. $\frac{1}{2}$ ii d. r. ppt
 $\frac{1}{2}$ ⊖ antimonii ultimae praecipa-
tionis $\frac{1}{2}$ ii 3vi
extracti Glycyrrhizae $\frac{1}{2}$ ii
triturando miscetur cum sulphure anti-
monii mercurius intime, dein adde Extra-
ctum Glycyrrhizae & mucilagine Gummi
arabici fiat massa, formandis pilulis apta.

In morbis veneris, aliisque rebellibus
a pituitae & Lymphae impuritatibus ortis,
egregie conducunt. Mane & vesperi per
tempus gr. VIII ad XII cum decocto ligno-
rum, vel alio congruo sumantur.

Pilulae aloeticæ.

Rec. aloes socotrinae tritae
extracti gentianæ $\frac{v}{z}$ $\frac{ii}{z}$
Salis polychr. triti $\frac{iii}{z}$
misce & cum melle despumato fiant massa
pilaris. —

Aperiunt alvum, profundunt in chlorosi,
cachexia, febribus inveteratis, praecipue
quartana.

Dosis pro indicationis scopo facile de-
terminari potest.

Pilulae anthelmintbicae purgantes.

Rec. aloes socotrinæ
resinæ Jalappæ
mercurii d. r. praep. $\frac{ii}{z}$ $\frac{ii}{z}$
pulveris sem. Sabadileos $\frac{ii}{z}$
misce fiant pilulae gr II c. Ess Rhab. con-
sperge pulvere liquiritiae. D. ad usum.

Usum docet titulus, dosis pro aetatis
ratione a IV ad VIII & X. —

Pilulae antihystericae Sellei.

Rec. Gummi Galbani

— — Aſſae foetidae
Extracti angelicae $\frac{ii}{z}$ $\frac{ii}{z}$
castorei
crocii $\frac{ii}{z}$ $\frac{ii}{z}$
opii puri $\frac{ii}{z}$

cum

vam essentia castorei fiant pilulae granorum II consperge pulvere liquiritiae. D. ad usum.

In pilulis VI, continetur opii gr. 3,
dantur V vel VI mane & vesperi in spasmis
hystericis.

Pilulae balsamicæ Selle.

Rec. Extraæti rad. helleb. nigri
aloes dep.
flor. ♂ *ci martialium 2*z* 3*z*
croci orientalis 3*ii*
opii thebaici 3*i*
misce fiant pilulae c. Ess Rhæb. ponderis
granorum II consperge pulvere liquiritiae.
D. ad usum.

In mensibus, haemorrhoidibusque
pellendis sine noxa, adhibentur a VIII ad
XII cum utilitate.

Pilulae balsamicæ Mortoni.

Rec. Millepedum 3*ii*
Gummi ammoniaci 3*ii* 3*z*
Florum Benzoës 3*i*
croci orientalis
Balsami peruviani 2*z* grana XV
misce cum sufficienti quantitate Balsami
sulphuris anisati, fiat massa.

Ad tussim chronicam, serophulosem
& phtysicam, pulmonibus phlegmate
viscofo infarctis, scirrhosis, commendan-
tur.

Dosis grana X ad XVI bis, terve de
die, decocti convenientis haustum super-
bibendo.

Pilulae cæchecticae.

Rec. Gummi ammoniaci 3*vi*
extracti aloes gummosi 3*viii*
chalybis in alcohol redacti 3*v*
olei destillati caryophyllorum
anisi 2*viii*
misce cum sufficienti quantitate spiritus
vini, fiat massa.

Resolvunt obstrunctiones, fibris laxa-
tis conciliant tonum, profundunt in cachexia,
chlorosi, ictero, mensium vitiis, hypo-
chondriacoque malo.

Dosis grana XV ad XXX.

Pilulae gryiales.

Rec. Extracti panchymagogi
Resinae Jalappae
gryii d. r. ppt.
diacrydii 2*viii*
Essentiae ligni Sassafras. q. s.
fiat massa.

Quotidie

Quotidie a plebe, scopo laxandi, in
diversis expetuntur morbis.

Dosis grana XII ad XV.

*Pilulae Scilliticae secundum additamenta
Pharm. Edimburgensis cel. Baldinger.*

Rec. Gummi ammoniaci
Scillae recentis $\frac{aa}{3}\beta$
confunde simul in mortario & adde
cardam. minor. trit. $\frac{aa}{3}\beta$
fiat massa pilularis cum s. q. balsami co-
paivae.

Inter resolventia primarium hae pi-
lulae locum obtinent, hydropticis praecipue
conveniunt. Laudantur in hunc finem
ab illustri Baldingero in suis, Pharm. Edimb.
adiectionis, doctissimis additamentis.

Pilulae resolventes Tissoti.

Rec. Saponis albissimi 3vi
extr. taraxaci $\frac{aa}{3}\beta$
Gummi ammoniaci $\frac{aa}{3}$
mellis. q. s. ut fiat massa.

In obstructionibus viscerum utiliter adhi-
bentur. Laudantur in modo laudatis
Summi Baldingeri additamentis.

=====

Pilulae maiores Hoffmanni.

Solvitur $\frac{1}{2}$ rius subl. corrosivus in aqua communi destillata & h.e. conspergitur mica panis, sic ut aequabiliter istam ingrediatur mercurius Pilulae X granorum II continent $\frac{1}{2}$ rii subl. granum I.

In lue venerea omnibus aliis praeparatis $\frac{1}{2}$ rialibus palmam praeripiunt.

Dosis bis vel ter de die pilulae quinque. Oportet autem matutino tempore ientaculum assūmisse aegrotum, ne in vacuum veniant ventriculum.

Pilulae Schmuckeri.

Rec. Gummi Galbani
fagap.

sapon. venet. $\frac{1}{2}$ 3i

rhei optimi 3i β

tart. emet gr. XVI

fucci liquiritiae 3i

ex hac massa formentur pilulae grani unius.

Scopo alterandi & resolvendi in obstruktionibus viscerum abdominalium egregie agunt. Laudat eas Schmuckerus in amaurosi.

Dosis pro diverso medentis scopo a granis X - XV - XX bis de die.

Pilulae

Pilulae physagogae Ludolfii.

Rec. pulveris rad. Scillae ʒʒ
 ♀ ♂ antimonii tert. praecip.
 ♂ volat Succini ʒʒ ʒi
 extracti Elater. ʒʒ
 olei destill. anisi guttas aliquot:
 fiant cum Succo liquir. pilulae grani
 unius.

In hydrope utilissimas & efficacissimas
 has Pilulas esse, saepius me expertum esse,
 gaudeo; laudantur ab illustri Baldingerio
 in suis additamentis Pharm. Edimib. Vali-
 dam esse vim illarum, mixtio docet, sed
 iusta dosis draistica non est.

Dantur a graniſ V ad X ascendendo.

Pulpa cassiae.

Rec. fistularum cassiae ponderosa-
 rum. q. l.

aperiantur & pulpa cum seminibus deli-
 genter eximatur, in aquae calidae s. q.
 dissolvatur & per cribrum traiiciatur;
 lento igne ad mellis consistentiam reda-
 ctæ fñi tantumdem sacchari albi adiicia-
 tur & ad iustum coquantur consisten-
 tiam.

Eodem modo praeparatur:

= = =

Pulpa Tamarindorum.

Utraque effecta convenient & inter
laxantia antiphlogistica eminent. Dosis
facile determinanda erit. —

Pulvis contra atram bilem.

Rec. ⊖ mirabilis Glauberi
rad. ireos florentinae ʒʒ
♀ ⊖ antimonii tert. praecep. ʒii
Rad. scillae ʒi
Sacchari canariensis ʒi

m. f. p.

Non modo in melancholia incipiente,
sed etiam in aliis morbis ex primarum
vlarum saburra tenace & viscerum in-
farcitu oriundis laudatur a celeberrimo
Willich, primo descriptus a Chrph. Henr.
Scobelt in tractatu de hemicrania. Bero-
lini 1776.

Dosis omni trihorio cochlear parvum
(Zuckerloßel) in adultis, in infantibus &
hominibus valde irritabilibus, dosis cum
prudentia est minuenda, ne vomitus ori-
tur. —

Pulvis digestivus Kleinii.

Rec. pulveris flav. cort. aurant.
rad. rhei opt.
tart. tartaris. ʒ gr. XX.
misce

misce pro dosi. Oleum caiaputi plures
Saccharo pulverisato ad gurtas III vel V
commisquit, spasmis & flatibus urgē-
tibus.

Repetitus huius pulveris usus permul-
tis, teste summo Baldingero, hypochon-
driacorum symptomatibus medetur. Ab-
stergit nimicum bilem rancidam, & aci-
dam corrigit, leniter purgat & motum pe-
ristalticum restituat.

Pulvis ophtalmicus Baldingeri.

Rec. Sacchari albi
boli albae vel rubrae
cremoris tartari $\frac{1}{2}$ quantum lubet.

misce fiat pulvis subtilissimus,

Applicetur absque irritatione & abs-
que flatu in primis, quotidie parva portio
huius pulveris, oculo. Sanat certissime
continuato usu, ad miraculum sane, ocu-
lum panno crassiori obscuratum, & vi-
sum restituit. Iuvit saepe in casu despe-
rato, ubi vix expectasset celeberrimus Ar-
chiater. —

Pulvis ad partum.

Rec. Boracis ʒʒ
castorei moscov.
croci orient. ʒʒ
olei cinnamomi guttas VIII
succini guttas VI
misce fiat pulvis.

Usum titulus docet, datur a grana
XX ad XXX.

Pulvis pectoralis Balsamicus Wedelii.

Rec. Rad. liquoritiae ʒi
iridis florentinae ʒii
florum sulphuris ʒʒ
Benzoes ʒi
Sacchari canti albi ʒii
olei anisi
foeniculi ʒi guttas X.
misce fiat pulvis.

Demulcet, resolvitque. Dosis ʒi
ad ʒii.

Pulvis pectoralis Sellei.

Rec. pulveris florum Arnicae
nitri antimoniati per inspissationem
parati ʒi
opii thebaic. grana IV
camphorae gr. X.
misce fiat pulvis.

In

In phytisi incipiente, si congestiones sanguinis in pectore adsunt, quotidie cochlear parvum (Theelvsel) exhibetur.

Pulvis sudorificus Doveri.

Rec. tartari vitrilati ʒivß
opii puri
rad. Ipecacuanhae tritae Ⅲ
misce fiat terendo pulvis.

Vim eius eximiām discutientem & lenientem, neque vomendi conatum, neque vim narcoticā, sed potius blandam diaphoreticā observavit illustr. Baldinger, adeoque in malo ischiatico, ab illo aliisque magnis laudatur viris.

Dosis grana X - XV - XX pro indicazione diversa.

Pulvis saccharatus mirrhae.

Rec. Extraēti mirrhae aquosae ʒi
Sacchari canariensis ʒii
misce fiat pulvis.

Pectoralis est & vere balsamicus.
Dosis grana XX - XXX quater de die.

Pulvis Scillae compositus Stahlii.

Rec. Rad. Scillae recentis ʒgi
vincetoxici, sive hirundinariae ʒiv.

Squilla

Squilla recens in mortario marmoreo, pī
stillo ligneo, in pultem contundenda,
cū additur vincetoxici radix siccata & re-
cens pulverisata, impastentur postea; leni
calore exsiccatā rursus pulverisentur.

Laudatur tanquam resolvens praestan-
tissimum in Asthmate humido, catarrho
suffocativo, oedematibus & cachexia

Dantur pauca grana, tria, vel qua-
tuor, ad summum quinque, commode
misciētur Pilulis.

Pulvis sternutatorius.

Rec. foliorum Asari partes III
maioranae partem I
misciē fiat pulvis:

Cuius usus ex nomine patet.

Pulvis contra vermes.

Rec. pulveris seminis Cynae levanti-
cae ʒii

extracti cort. peruv. aquosū
vitrioli martis puri ʒi
camphorae gr. X.

misciē fiat pulvis.

Cuius dosis bis de die gr. XXX pro
adulto, pro aetate varianda.

R.

Resina Gialappae.

Rec. Rad. Gialappae q. l.

Erassisuscule contusis affundatur & vini optime rectificatus, ut tres vel IV digitos superemineat. Stent infusae in loco calido per aliquot dies, postea colentur, cum forti expressione, extractionem hanc toties repetendo, quoisque & vini non amplius tingatur; tandem coniunctis & filtratis extractionibus affundatur aqua fontana, qua ad fundum praecipitatur resina, magisterii nomen inde facta & vini destillando separetur. Resinosa substantia Gialappae in fundo cucurbitae haren, aqua clara aliquoties laveretur, & in vase, in aquam ferventem immisso ad piecam consistentiam redigatur, atque in cylindros contortos efformata servetur.

Pari methodo conficitur

Resina Scammonii.

Ambarum vis purgans omnibus est nota.

Dosis pro aetatis & indicationis ratione est diversa. In robustissimis multo muco obrutis raro grana XX excedere debet. Quibus autem hae resinæ & sub quibus con-

conveniant conditionibus nimis amplius foret, hoc loco monere.

Roob berberum.

Rec. Succi Berberum depurati $\frac{v}{ii}$
Sacchari albi $\frac{v}{ii}$
coquantur in vase figulino ad mellis consistentiam.

Additur Julapiis & electuariis. Refrigeraat, sitim sedat & bilem refraenat.

Roob Juniperi.

Rec. Baccarum juniperi maturarum recentium, conquassatarum $\frac{viii}{ii}$
coquantur in aqua communi, decoctum per setaceum coletur, & ad consistentiam mellis, cum sacchari albi $\frac{v}{ii}$ lento igne redigatur.

Est diureticum & sudoriferum, a Swietenio in hydrope maximopere laudatur.

Roob sambuci.

Rec. succi baccarum sambuci maturarum partes VI
Sacchari albi partem I
coque igne leni, cavendo empyreuma, ad consuetam consistentiam.

Virtus eius diaphoretica omnibus est nota.

S.

Saccharum lactis.

Rec. lactis rec. vaccini ℥x; reponantur per XXIV horas, auferatur tremor & residuum lac lento igni exponatur, ut caseosum praecipitetur. Serum per colatorium separatum, & per chartam bibulam filtratum, in vase figulino vietato, igne lento ad sextae partis remanentiam evaporetur & ad crystallisationem reponatur. Crystalli collectae aqua frigida abluantur & in loco tepido inter chartas siccentur, atque loco sicco temperato, in vitro asserventur.

Est demulcens pectorale antispasmodicum. Debet esse recens paratum, si etenim sit rancidum, nocebit certo plus, quam proderit.

Saccharum Saturni.

Rec. Cerussae q. l.
inde cucurbitae & affunde

Aceti destillati quantum IV digitos superemineat.

digerè in arena, donec acetum dulcescat: post subsidentiam hoc separetur, novumque toties affundatur, donec dulcescere desinat. Tum liquores omnes per subsi-

den-

dentiam defaecati in vase vitro evaporentur ad spissitudinem mellis liquidioris; dein sepone in locum frigidum, ut concrescant crystalli in umbra siccandae. Reliquum iterum exhalet & reponatur in locum frigidum, ut novae concrescant crystalli; totiesque iteretur evaporatio, donec nullae amplius apparent.

Refrigerat, mundificat, adstringit, siccatur. Usus eius autem tantummodo est externus, valdeque in chirurgia multifarius.

Sal herbarium.

Rec. HBae absynthii, vel herbae cuiuslibet aliis, quantum vis.

In sartagine ferrea super carbones iusto calore calefacta redigatur lente & successive, novam semper herbae portionem addendo, in carbonem. Violentia autem ignis & flamma arcentur, imposito sartagini operculo.

In fine combustionis virga ferrea movendi sunt cineres, ut aequaliter calcinentur, atque omnes carbones in cineres albos abeant, qui aqua frigida elixivientur, novam adiiciendo aquam, usque dum ultima a cineribus redeat insipida. Lixivium leni calore evaporando, sal alcalinum fixum ulteriori

ulteriori in aqua solutione, filtratione & evaporatione album, & methodo hac tacheniana per lentam incinerationem non adeo acre remanet, fusione autem, qua quidquid carbonacei sali adhaesit, comburitur, fortius reddendum.

Ex quocumque fuerit vegetabili paratum, in primis si ab oleo empyreumatico fuerit depuratum, nulla adest differentia pro scopo medendi.

Acidum infringit, humores crassos resolvit, incidit, urinam & alvum movet.

Sal ammoniacum volatile.

Rec. Salis ammoniaci $\frac{ff}{ii}$
cretae purissimae siccissimae $\frac{ff}{ii}$
misce bene & sublima ex retorta igne
forti.

Usus est externus ad olfaciendum in
variis morbis omnibus notis.

Sal volatile anglicum siccum.

Ex tempore parari potest, si
Salis ammoniaci partes II
Salis tartari pars I
olei lavendulae vel alias odoratae
guttis aliquot misceantur.

Kcug, pharmac.

K

Non

Non solum ad olfaciendum exhibetur, sed etiam fumigationibus volatilibus parandis inservit, quorum usus & applicandi modus notissimus est.

Sal cornu cervi volatile.

E cervi cornubus, in segmenta mediocria dissectis, igne aperto, e retorta capaci, recipiente ampio adaptato & iuncturis optime clausis, una cum Δ & oleo, elicitur, atque agitatione a lateribus recipientis elotum, ab olei parte potiori segregatur, rectificatione postmodum e cucurbita vitrea, arenae igne admodum leni a Δ quoque ac phlegmate separatur, & ossium calcinatorium, vel cretae albae IVplo mixtum sublimatur, itaque ad puritatem desideratam & candorem gratum deducitur.

Salia volatilia animalia sunt alcalinae naturae, insigni gaudent penetrabilitate, resolvunt, tonum excitant, sicque secretiones omnis generis promovent, atque opem ferre possunt, ubi motus excitandi sunt; e contra ab usu eorum abstinentur, ubi iam per se nimis intensi.

Dantur a granis III ad XII. —

Sal

Sal essentiale acetosae & acetosellae.

Paratur, succum acetosellae, vel per subsidentiam, vel addito albumine ovi per ebullitionem clarificando in vitro vel olla vitreata ad III vel IV partis remanentiam, lenissimo igne evaporando, atque in locum frigidum reponendo: sic plerumque spatio XXIV horarum sal concrescit & ad fundum vasis descendit, quod vel siccari, vel in aqua fontana rursus dissolvi, coagulari & tali modo depurari potest.

Est acidum gratum, mixturis & iulapiis additur & delendis maculis linteatum atramentosis inservit.

Sal catarticus Glauberi.

Salem post destillationem & salis marini residuum solve in aqua, per chartam cola & in crystallos redige.

Incidit, detergit, stimulat, urinam & alvum movet. Constat ex alcali salis communis & acido vitrioli. —

Sal polychrestus e nitro &c.

Rec. nitri in pulverem triti
florum sulphuris ~~aa~~ partes aequa-
les.

bene commixta iniiciantur paulatim in
crucibulum igne rubens. Peracta deflagra-
tione frigescat sal, qui purior evadit, si
aqua calida solvatur; coletur, & in cry-
stallos redigatur.

Hic sal ex alcali nitri & acido sulphu-
ris constans, arcano duplicato est analog-
us earundemque cum ipso virium, licet
in aqua solubilior.

Sal polychrestus de Seignette.

Rec. Sodaе hispanicae ~~ff~~
dissolve in

Aquae fontanae ferventis ~~ff~~ⁱⁱⁱⁱ
solutio per chartam filtretur & in vase figu-
lino ebulliat, inter bullendum insperga-
tur crystallorum tartari in pulverem trita-
rum, quantum lixivium sodae capere
potest; sufficient plerumque ~~z~~^{vi} vel
VII. —

Mox post additionem crystallorum
tartari, oritur effervescentia, quae per
intervalla cessat & renascitur. Tandem
praecipitatur pulvis levis, cineritii coloris.

Li-

Liquor supernatans per chartam filtratus ad tertias lento igne evaporatur, atque ad crystallisationem reponitur.

Vix determinari potest pondus certum crystallorum tartari. Soda enim non eadem semper est, & vel maiorem vel minorem quantitatem salis alcali continet. Crystallorum Tartari igitur tantum addere necesse est, usque dum effervescentia cefset, quod signum est saturationis.

Cum tartaro solibili vel tartarisato convenit & easdem habet vires. Loco Salis anglici cathartici a 3ii ad 3vi in aqua solutus exhiberi potest. Urinam ciet & alvum absque molestia movet.

Sal Tartari fixum.

Tartarus in vase terreo non vitreato reverberatur, ad albedinem usque; tum, aqua communis solutus filtratur & in sal coagulatur, quod repetita solutione & coagulatione, purius redditur.

Est Salium alcalinorum omnium optimum ac purissimum, in medicina non minus, quam ad chemicos labores inservit.

Ad evolutionem aeris fixi cum acidis, nec non ad purgantium debiliorum, utpote

K 3 rha-

rhabarbari & foliorum Sennae vires excitandas adhibetur.

Sal volatile oleosum Sylvii.

Rec. olei destillati anisi

caryophillorum	
cinnamomi	as 3 <i>fl</i>
macis	3 <i>i</i>
Zedoariae	
Succini	as 3 <i>fl</i>

Salis ammoniaci volatilis, vinosi 3*ix*
digerantur in vase optime clauso & ser-
ventur.

Carminativas, stomachicas & aperi-
tivas vires habet.

Dosis guttae XXX ad XL.

Scillae exsiccatio.

Scillam ablato externo cortice, trans-
versim in taleolos tenues seca & leni calore
exsicca. Reete exsiccateae indicium est,
quod friabilis reddit amaritatem & acri-
moniam retinet.

Vires habet resolventes, incidentes,
diureticas, hinc in diversis hydropibus
specifice agit, nec non in Asthmate hu-
mido, cachexia aliisque morbis. Conti-
nua-

nuatum eius usum autem ventriculus non potest perferre. Optime vino infusa cum aromatibus exhibetur a granis XXX ad ʒi & ultra in ғgi vini in substantia grana II-III ad summum V una dosi exhiberi possunt.

Species Decocti carminativi.

Rec. Seminum anisi

Dauci,
cumini,
carvi,
foeniculi ꝝ ʒii

Glycyrrhizae

florum chamomillae vulgaris ꝝ ʒvi

Passularum ʒvi

incisa misceantur.

Huius decocti usus est in clysteribus pro adulto specierum ʒii coquuntur. In aquae ʒxv ad ғgi remanentiam pro clysmate.

Species emollientes.

Rec. Radicum Altheae ʒiv

herbarum V emollientium ꝝ ʒii

florum chamomillae vulgaris ʒiii

incisa, contusa misceantur.

In servient pro clysteribus.

Coquitur $\frac{3}{4}$ in aquae $\frac{3}{4}$, ut restet
 $\frac{1}{2}$, pro clysmate una vice adulto ini-
ciendo.

In pulverem tritae etiam cataplasmati
conficiendo sunt aptae.

Species Decocti lignorum.

Rec. Ligni Guaiaci $\frac{3}{4}$
Juniperi $\frac{3}{4}$
Radicum chinae
Bardanae $\frac{3}{4}$
liquiritiae $\frac{3}{4}$
Seminum Anisi
foeniculi $\frac{3}{4}$
incisa, contusa serventur.

Ad venereum luem, scabiem, alios-
que Lymphae morbos conductit hoc de-
coctum.

Dosis pro diversitate morbi variat.
Ordinarie ad mensuram I aquae sumun-
tar specierum $\frac{3}{4}$. —

Species decocti pectoralis demulcentes.

Rec. Herb. Malvae
Tussilaginis
Rad. Altheae
liquir. $\frac{3}{4}$
sem. anisi stellati $\frac{3}{4}$
m. f. species pro decocto theiformi.
Earum

Earum vis demulcens ex nomine patet; profunt in tussi catharrali, & in phytysi ad leniendam tussis ferociam.

Species pectorales resolventes Sellei.

Rec. florum chamomillae vulgaris ʒiv
 Arnicae verae
 herbæ millefolii
 rad. liquoritiae ʒii
 sem. anisi stell. ʒi

m. f. species pro thea.

In resolvendo sanguine congrumato
 vel muco coacervato usum habent.

Species purificantes Sellei.

Rec. Ligni Iuniperi
 Rad. Graminis
 — Taraxaci
 — cichorei ʒiv
 — Senegae
 sem. foeniculi
 petroselini
 Baccarum luniperi ʒʒ Misce
 concisa, contusa serventur.

Virtus medica ex titulo patet, con-
 veniunt cum speciebus decocti lignorum,
 K 5 &

& ubi Lignum Guaiaci propter acredinem
perferri non posset, his foret utiliter
utendum.

Species pro Ptisana Baldingeri.

Rec. radicum Graminis
Taraxaci
cichorei ana
sem. foenic. q. v.
concisæ misce.

Non solum in febribus, sed etiam
ubi Lymphae vitia adsunt; nec non in ve-
nereis morbis, aliisque in casibus haec
ptisana acrimoniam involvendo, sangu-
inem purificando & diluendo, egregie agit.
In Ictero, morbisque biliosis ab obstru-
ctione hepatis ortis in primis utilem obser-
vavi, si pro quotidiano potu uterentur
aegri.

Celeberrimus inventor adiicit non-
nunquam stipites dulcamarae, aut ligni
Sassafras, Guaiaci, Juniperi, aliquam co-
piam.

Spiritus anisi.

Rec. seminis anisi contusi ℥vj
~ vini ℥vj
macerentur per ōctiduum, & lege artis
~ eliciatur.

Car-

Carminativus habetur & pectoralis;
Aqua & saccharo temperatus bibitur.

Spiritus Anthos.

Rec. florum rorismarini recens collectorum $\frac{2}{3}$ vi
macerentur & destillentur cum spiritu vini rectificati $\frac{2}{3}$ iii.
Est cephalicus & nervinus, fomentationibus additum & pro odoratu exhibetur.

Spiritus cornu cervi.

Uno eodemque labore, quo sal volatile cornu cervi, obtinetur, & ab oleo empyreumatico separari & rectificari debet. Antispasmodicum, aperitivum, diureticum ac diaphoreticum effectum habere tenetur. Dosis $\frac{3}{4}$ ad 3*fl.*

Spiritus Juniperi.

Rec. Baccarum Juniperi conquassatarum $\frac{2}{3}$ iv
 \wedge vini non dephlegmati $\frac{2}{3}$ viii
destillentur ad dimidias.

Remedium est carminativum, diureticum & sudoriferum, in primis in hydrope laudabiles exserit effectus.

Spi-

Spiritus Lavendulae.

Rec. florum lavendulae $\frac{ff}{ii}$
 \wedge vini non rectificati $\frac{ff}{iv}$
 digestione per triduum facta, destillentur
 ad dimidias.

Externe ad membra paralytica confor-
 tanda, sugillationes resolvendas & ad odo-
 ratum adhibetur.

Spiritus Mindereri.

Rec. Aceti vini optimi, quantum lubet;
 adde per vices,

Salis alcali volatilis ex sale ammo-
 niaco parati, quamdiu effervescentia inde-
 oritur, ut tandem alcali accurate reddatur
 neutrum.

Summus Baldingerus statuit in suis
 Pharm. Edimb. additamentis, semper pre-
 stare, si vehiculum affundatur, sequen-
 tem in modum.

Rec. Aquae melissae vel fontanae $\frac{ff}{ii}$
 Salis volatilis cornu cervi $\frac{z}{i}$ vel $\frac{z}{ii}$
 Aceti vini optimi q. s. ad satura-
 tionem.

Mellis $\frac{z}{i}$ adiecta temperat acorem saporis
 & tanquam adiuvans non inepte, ut cele-
 berrimo quidem Baldingero videtur, ad-
 iici solet.

Est

Est liquor salinus penetrantissimus,
aperiens, attenuans, diaphoreticus.

Dosis pro ratione vel additi, vel non
adiecti vehiculi aquosi variat, quam qui-
libet facile determinare poterit.

Spiritus nitri acidus.

Rec. Nitri purissimi ℥ii

Boli rubrae ℥vi

pulverisata promte misceantur, humecten-
tur s. q. aquae fontanae atque e massa for-
mentur globuli parvi, qui rursus exsiccati
immittantur retortae lapideae, aut vitreae,
probe loricatae & igne gradatim admini-
strato, in receptaculum valde capax, cui
ꝝ aquae simplicis antea immissa fuit,
destillentur, donec rubri vapores cessent.
Spiritus prolectus rectificetur, atque a
phlegmate separetur. Plurimum ad che-
micos expetitur usus; externe ad verrucas,
aliasque excrescentias praeter naturales au-
ferendas eo chirurgi utuniur.

*Spiritus Nitri concentratus, sive
fumans.*

Rec. Nitri crystallini siccissimi ℥ii
olei vitrioli ℥i

immittatur nigrum pulverisatum & optime
exsiccatum retortae satis capaci, siccae,
antea

antea calefactae; superfunde oleum vitrioli & adaptato ampio recipiente ex arenaria destillationem institue, vasorum iuncturis probe clausis, leni igne: ita & sub fumorum rubicundorum forma prodit, qui in vitro epistomio vitreo clauso, servandus.

Obtinetur ita acidum concentratum purissimum nitri, & ad spiritus nitri dulcis praeparationem inservit.

Curiosum est experimentum, quod cum oleo caryophyllorum genuino, terebinthinae, aliisve instituitur: quando scilicet & huic fumanti nitroso instillantur guttae aliquot praeditorum oleorum, flamma erumpit, citra accessum ignis elementaris, luculentissime exploratur sinceritas &, addendo tantillum solutionis lunae, utpote per quam acidum vitrioli, vel salis communis, quod & nitri admixtum esset, cum luna ad fundum praecipitatur, sicque depuratur & Nitri.

Spiritus Nitri dulcis.

Rec. & Nitri fumantis ʒiſſ
Vini rectificatissimi ʒiſſ

& Nitri successivē instilletur & Vini & post digestionem aliquot dierum, in loco fri-

frigido, lento igne e cucurbita vel retorta
destillentur.

Criterium dulcificationis est, si cum instillato oleo tartari in deliquum nullam excitet effervescentiam.

Cum vehiculo aquoso in colica flatulenta egregium effectum anodynum & carminativum exserit.

Scopo diuretico etiam a guttis XL ad LX sufficienti aqua dilutus, dari potest.

Spiritus salis ammoniaci simplex.

Rec. salis ammoniaci

cinerum clavellatorum partes aequales.

immittantur cucurbitae vitreae, atque affundatur quintuplum ponderis aquae fontanae. Alembico superimposito & iuncturis probe lutatis leni igne instituatur destillatio, ut prolixiatur, quo usque fortis & sale probe impregnatus fuerit, qui seorsim servetur. Si mutato recipiente destillatio continuetur, quamdiu aliquid salis volatile odore sese manifestat, posterior hic & debilior novis eiusmodi præparationibus reservari potest.

Vires sunt, sali alcalino purissimo, ab omni oleo empyreumatico depurato, competentes,

Spi-

Spiritus salis ammoniaci succinatus.

Rec. Succini flavi odorati 2ii
pulverisato affunde

$\wedge \ominus \ast$ ci vinosi 2vi

digerantur in vitro probe clauso, in loco tepido, per aliquot tempus, postea clarum a spisso, per inclinationem separetur & servetur.

Nobile est ac egregium cephalicum, anticatharrale, stomachicum, antihystericum & diureticum.

Dosis, guttae XV ad XL.

Spiritus salis ammoniaci vinosus.

Rec. spiritus salis ammoniaci caustici 2iv
spiritus vinosi rectificati 2viii
misce.

Est sal volatile liquidum, urinosum purissimum & in morbis partium solidarum ab atonia ortis, scopo tonico bonam praestat opem, egregium est diureticum & resolvens.

Datur interne a guttis XX ad XXX externe ad resolvendum cum aliis nervinis spiritibus mixtus dolentibus illinitur partibus.

Spi-

*Spiritus Salis ammoniaci volatilis
urinosus.*

Rec. Calcis vivae recens combustae 3xii
Salis ammoniaci 3iv
Aquaæ fontanae 3ii

Calci vivae & sali ammoniaco, singulis
scorßim in pulverem redactis, & cucur-
bitae vitreae immisis, superfundatur aqua
fontana, & iuncturis, imposito alembico,
probe lutatis, statim leni igne instituatur
destillatio & 3viii prolicantur, qui in
vase optime clauso servandus.

Debilior, qui in destillatione sequi-
tur, scorßim potest servari, & novae de-
stillationi loco aquae addi.

Pene frantior est illo, cum cineribus
clavellatis destillato & conservati vir
potest.

Usus utplurimum est externus ad ex-
citandos sopore profundo sepulto, nari-
bus epileptico um e iam admovetur, sub
ipso paroxismo; addatur spiritibus nervi-
nis, ad fricanda paralytica membra.

*Spiritus Salis communis concentratus
sive Glauberianus.*

Rec. Salis communis 3ii;
humectetur

Aquaæ fontanae 3iii vel vi

Kep, pharmac.

L immitt-

immittatur cucurbitae vitreae, atque successively superaffundantur

olei vitrioli ʒ vi vel vii
superimposito alembico & iuncturis optime
clausis, leni igne arenae instituatur destil-
latio. Spiritus prolectus fumans, volati-
lis e cucurbita rectificari potest & in vitro
epistomio vitreo clauso, asservari.

Virtute gaudet refrigerante & diure-
tica; additur iulapiis, appetitum excitat,
cruditates biliosas praecipitat, alvum &
urinam movet. Pectori inimicus est, nec
etiam ubi suspicio ulceris renalis adest,
adhiberi debet. Dari potest a guttis III ad
VIII in vehiculo aquoso copioso.

Externe putredini potenter resistit, in
pustulis oris gangraenosis, aqua dilutus,
specificus est, penicillo applicandus. Cum
vini rectificatissimo mixtus in ulceribus
cancrosis valde prodesse perhibetur.

Spiritus salis dulcis.

Rec. ♂ salis concentrati ʒ ii
vini rectificatissimi ʒ xii
digerantur, postquam ♂ salis vini spiritui
successive instillatus est, per aliquot dies,
in vase probe clauso, & postea destillentur
e cucurbita, atque aliquoties cohobentur.

Aperitivus, stomachicus & diureticus
est. Datur a guttis XXX ad XL,

Spi-

Spiritus vini camphoratus.

Rec. \wedge vini optime rectificati f $\ddot{\text{e}}$ i
camphorae 3vi

Stent in digestione paucarum horarum
spatio, atque sic a soluta camphora \wedge vini
impraegnatum habebis.

Usus est externus, roborat, inflammations, congestiones dolorificas dissipat
& in affectibus spasticis bonum edit effectum.

Additur quandoque dupla, quin
tripla camphorae portio.

Spiritus vini rectificatus.

E vesica cuprea per alembicum stan-
neum destillatur & a phlegmate foetido
separatur; & si delicior, arque ab omni
foetore liber expetitur, denuo bis vel ter,
addita tertia parte aquae fontanae, destil-
latio repetenda. Cui nihil phlegmatis
aquosi adest, *spiritus rectificatissimus, Alco-*
hol vini, vocatur.

Ad ambusta, sugillata, luxationes &
ad haemorrhagias externe adhibetur, in-
primis inservit ad Essentias & Tincturas
parandas.

Spiritus vitrioli simplex.

Destillatur e vitriolo ad albedinem
calcinato, per retortam vitream loricatam,

recipiente capacissimo munitam, cui aquae quarta pars, respectu ponderis vitrioli, ad hoc opus assumti, insit, igne aperto, primum leni, tum aucto gradatim & successive igne ad candesceniam usque retortae, donec omnes nebulae, simulque & cef-sant. Tum recipientem caute separa, oxyssime obtura; & prolectos e retorta vitrea, arenae igne rectifica.

Additur iulapiis & potionibus ut acido imbuantur sapore ad sitim & aestum sanguinis nimium imminuendum.

Spiritus mercurialis Swietenii.

Rec. mercurii sublimati corrosivi gr. VI
& frumenti ffi.
in phiala vitrea stent in digestione, filtra
& ad usum serva.

Est remedium usitatissimum in morbis
yenercis, capitis exanthemate rebelli chro-nico,
canoro, morbis ossium.

Dosis est cochlear unum mane & ve-speri, sed bibat illico aegrotus ptisanae cuiusdam libram saltim unam, sive gra-minis, sive compositae cuiusdam, aut hordei decoctum.

Sulphur auratum antimonii.

Scoriae Reguli antimonii simplicis,
vel residuum a tintura antimonii, affusa
aque

aquae simplicis fontanae aut pluviae ea quantitate, quae sufficere videtur, solvantur, & solutio per chartam emporeticam coletur. Filtratae huic solutioni seu lixivio, ex quo sub refrigeratione & mora aliquot dierum, sulphur maiori portione reguli foetum sponte iam subsedit, post cautam decantationem in vitro aut olla munda debite vitreata, inspergatur acetum vini, unde praecipitabitur ingens sulphuris quantitas, quae ope chartae bibulae, a lixivio separetur. Huic liquori vel lixivio denuo acetum inspergatur, & demittetur inde aliis pulvis, aurantii coloris, quem a lixivio separatum, seorsim serva. Denique eidem lixivio iterum novum & multum acetum adde & praecipitabitur pulvis levissimus aurantio — pallidi coloris, qui edulcorandus & sub inscriptione sulphuris antimonii tertiae praecipitationis, servandus; primae praecipitationis sulphur vim plerumque habet emeticam, & hinc rarus eius usus est.

Secundae praecipitationis autem adulterioribus.

Tertiae vero etiam tenerae aetati praeberi potest.

Cel. Selle hanc divisionem nimis incertam tenet, ideoque putat, melius fore, si omnes tres praecipitationes commisce-

gentur & tunc earum vis indagaretur, ubi, si adhuc nimis emeticae essent, sulphuris communis sufficiens quantitas adderetur. Sic quoque longe viliori hoc remedium constaret pretio.

Insignes sunt vires huius sulphuris aurati bene praeparati ad contumaces & chronicas affectiones, praesertim, quae ex stagnatione & corruptione lymphae proveniunt; ad pertinaces glandularum tumores, ulcerata inveterata, aliquosque cutaneos morbos, interposito decocto diluente & sanguinem depurante; ad asthma potro convulsivum, tussim ferinam infantum; peripneumoniam, affectus spasmaticos, catharros suffocativos, hemicraniam, febres intermittentes, obstrunctiones viscerae, hydropses, scabiem malignam ipsamque venereum luem.

Augentur vires, si cum mercurio dulci administratur, unde pulvis Plummeri, de quo iam suo loco diximus.

Dosis pro indicatione variat & pro aetatis ratione a grano I ad II-III-IV-X.

Sulphur auratum antimonii liquidum.

Rec. solutionem scoriarum Reguli Antimonii;
dimidiam eius partem evaporationi subiice,
donec

donec ovum illi innatare possit, tum vero
statim admisce
aequalem quantitatem
olei expressi papaveris vel amygdal-
larum

& leniter coque, donec oleum non amplius conspicatur & massa digito facillime obediens prodeat; postea alteram lixivii sulphurati partem successive affunde, coctionem continua, usque dum alcalini saporis nihil deprehendatur, nec oleum amplius sibi relictum appareat. Puls haec saponacea probe desicetur & in mortario lapideo cum Tinctura antimonii acri per abstractionem ad dimidium redacta, ad eminentiam III digitorum affusa per horas aliquet probe tere, postea cucurbitae indita per XXIV horas digere. Ita prodibit peramoena, omnis acredinis expers Tinctura, quae totum saponem una cum sulphure antimonii solutum sistit, nullo in cucurbita residuo relicto.

Virtus eius resolvens & sanguinem purificans insignis ex indole saponis medicati & sulphuris antimonii facile elucescit, eaque in forma soluta magis penetrans.

Dosis guttae XXX - XL & ultra cum decocto convenienti. —

=====

Syrupus Acetositatis citri.

Rec. Succi citri ʒx

Sacchari albi ʒxvi

fiat unica ebullitione Syrupus, in vase vi-
treo servandus.

Situm & aestum mitigat, Julapiis, &
potionibus additur.

Syrupus Altheae.

Rec. Rad. Altheae recentis ℥ii
coque cum aqua fontanae f. q. exprime
adde

Sacchari albi ℥iv
coque ad consistentiam Syrupi.

Vim habet demulcentem, hinc in-
tus a materia acri & salsa ortu, in nephri-
tide, nec non ad urinae ardorem com-
mendatur & utilis est.

Syrupus de ammoniaca.

Rec. Gummi ammoniaci electi ʒii
solve in vini rhenani ʒx
solutioni admisce

Sacchari albi ad consistentiam ta-
bulati cocti ʒxvi
agitentur, usque dum refrigerant, Sy-
rupus asservetur.

Resol-

Resolvit, detergit & purgat pulmones; eleganter confert inveteratis affectibus, a crassa & lenta puerita ortis; nec non in Asthmate specificè perhibetur conferre.

Dosis per se ʒꝫ — ʒvi ad ʒi.

Syrupus de cichorio cum Rheo.

Rec. Rad. cichorei ʒiſſ
coque in aquae fontanae ſſiſſ
ad remanentiam ſſi, huic adde
Rhabarbari minium incisi ʒi
Salis Tartari grana XX
ebulliant igne lenio, exprimantur,
in expresso dissolve
Sacchari albi ʒxvi
clarificato & colato Syrupo adde
Aquaे cinnamomi ȝſae ʒi
servetur,

Bilem leniter subducit; pueris neopatris ad educendum meconium, nec non adultioribus commode datur, aliisque additur laxantibus.

Dosis a ʒi — ad ʒi pro aetatis & scopi ratione.

====

Syrupus corticum aurantiorum.

Rec. *corticium aurantiorum recentiorum & extimorum* $\frac{3}{4}$ *v*

Vini albi generosi $\frac{f}{f}ii$

macerentur per XXIV horas in loco calido, bene obturato vase; postea vinum decantetur, filtretur, & cum Sacchari clarificati, atque ad consistentiam tabellarum coeti, $\frac{3}{4}$ xviii permiscendo, fiat Syrupus. Virtute analeptica & carminativa, ventriculum roborante gaudet. Exhibetur in potionibus.

Syrupus Diacodion, sive de capitibus Papaveris.

Rec. *Capitum papaveris albi siccatorum seminibus exemptis* $\frac{f}{f}ii$

Aqua bullientis congios III

Sacchari albi purissimi $\frac{f}{f}iv$

macerentur capita concisa per noctem in aqua; dein coque, donec tertia tantum pars liquoris supersit, tum valide exprimens cola. Liquorem colatum iterum coque ad dimidium, & iterum cola; addito demum Saccharo, coque ut fiat Syrupus.

Prodest in tussi acri, demulcet & analgesicus est.

Syrupus

Syrupus colchici.

Rec. Rad. colchici recentis, succulentae,
in taleolos tenues sectae $\frac{3}{4}$ i
Aceti optimi $\frac{1}{2}$ i
Sacchari purissimi $\frac{2}{3}$ xxvi
digere radicem in aceto biduum, vas sub-
inde agitans, dein leniter exprimens cola.
Liquori colato adde Saccharum contritum
& coque paululum ut fiat Syrupus.

Convenit cum oxymelle colchico,
quo tamen gratior est, in primis illis utilis
erit, qui mel perferre nequeunt.

Syrupus corticis peruviani.

Rec. cort. peruv. pulverisat. $\frac{3}{4}$ v
cinnamomi electi $\frac{3}{4}$ i
vini rubri generosi $\frac{1}{2}$ ii
macerentur in vitro probe clauso saepius
vitrum movendo, per biduum; postea
exprimantur & colentur, in colatura unica
ebullitione dissolve Sacchari albi $\frac{2}{3}$ xxii.

Fiat Syrupus, qui per pannum col-
tus servetur.

Analepticus, roborans, antifebrilis
& stomachicus est. Delicioribus inpri-
mis, qui corticem peruvianum alio modo
adsumere nequeunt, utilis est, nec non
in-

infantibus medicamenta reformidantibus.
Dosis ʒij ad ʒii & ultra pro ratione scopi.

Syrupus mororum.

Rec. Succi mororum maturorum ʒxx
Sacchari albissimi ʒxxxii
fiat Syrupus.

Refrigerans est, sitim mitigat &
aestum. Laudatur in primis ad oris & lin-
guae asperitatem & inflammationem, ad
aphtas & ad anginam. Miscetur tunc vel
cum aceto vel cum aliis linctibus & de-
coctis, prout indicatio hoc determinat.

Syrupus Papaveris erratici.

Rec. florum Papav. erratici ℥ii
infundantur in ▽ ferventis purae ℥iii
macerentur per XXIV horas, expriman-
tur, & cum Sacchari albissimi ℥v & ʒiv
fiat Syrupus.

Est blandissimum anodynum, de-
mulcensque, additur iulepis, electuariis,
decaclis.

Syrupus

Syrupus rosatus solutivus.

Rec. florum rosarum pallidarum $\frac{v}{ii}$ g
infundantur in

Aquae fontanae calidae $\frac{v}{iii}$, stent
per XXIV horas in digestione, postea co-
lentur & exprimantur. In colatura denuo
rosarum eadem quantitas infundatur, id-
que terium repetatur, tandem in in-
fusi $\frac{v}{ii}$ solvendo

Sacchari albi $\frac{v}{xvi}$ fiat Syrupus
alvum blande subducit, tam neonatis,
quam adultioribus & adultis a $\frac{v}{ii}$ ad $\frac{v}{i}$ ex-
hibetur & additur aliis potionibus laxanti-
bus. —

Syrupus rubi idaei.

Rec. Succi baccarum rubi idaei depu-
rati $\frac{v}{xx}$

Sacchari albi $\frac{v}{xxxii}$
fiat Syrupus.

Sapore & odore delectat, analepticus
est & refrigerans.

Syrupus Scilliticus.

Rec. Aceti Scillitici $\frac{v}{iiii}$

cinnamomi acuti $\frac{v}{ii}$

digere per triduum, cola & adde

Sacchari albi purissimi $\frac{v}{iiii}$

solvatur leni calore Saccharum, ut fiat Sy-
rupus.

Gra.

Gratior est oxymelle Scillitico, cum quo ratione virium convenit. Dosis 3ii — 3*fl* ad 3*fl* pro ratione aetatis & indicationis.

Syrupus violarum.

Rec. violarum recentium $\frac{ff}{i}$

Aquaе bullientis $\frac{ff}{i}$

Sacchari purissimi $\frac{ff}{i}$ vii cum quadrante

Macera violas in aqua horas XXIV in vase vitro, vel fictili vitreato clauso; dein colla fine expressione, & liquori colato adde Saccharum contritum, ut fiat Syrupus.

T.

Tartari oleum per deliquium.

Brevissime paratur:

Salis tartari $\frac{ff}{i}$ in

aque fontanae calidae $\frac{ff}{i}$

solvendo & filtrando.

Non solum pharmaceuticis & chemicis inservit usibus, sed etiam si acidum primarum viarum abundat aqua dilutum utiliter exhibetur. —

Tar-

— — —

Tartarus emeticus.

Rec. Vitri antimonii in pulverem tenuissimum triti ʒvi crystallorum Tartari tritarum ʒiv misce, & proiice paulatim in aquae super arenam in vase vitro bullientis congium unum. Pergat bullire leniter horas sex, suppleta semper aqua vaporando absumta; dein liquor refrigeratus coletur & in crystallos vaporetur.

Alii duplam crystallorum tartari, & unam vitri antimonii partem & pro singula uncia crystallorum Tartari aquae ffi sumunt, & per X horas novam semper affundendo aquam decoquunt. Deinde non in crystallos evaporant, sed lixivium decantatum & filtratum ad siccitatem pulveris, coquendo, redigunt. Hac ratione multo certius & securius agere perhibetur.

Secundum Bergmanni praescriptio-
nem ex

pulveris Algarothi ʒii — ʒii
crem. Tartari ʒv
per dimidiam horam coquendo, vaporan-
do & crystallisando etiam bonus obtine-
tur *Tartarus emeticus*. Datur vel alte-
randi, vel resolvendi vel vomendi scopo,
dosibus pro indicatione diversis. Scopo

vomendi infantibus granum I adultioribus II — vel grana II — adultis vero grana III — IV. V exhiberi possunt. Optime datus scopo vomendi, si grana IV — V. in aquae communis ʒi solvuntur & successivis dosibus, cochleatum, usque ad effectum porrigitur.

Tartarus Tartarisatus.

Rec. salis Tartari ʒi vel q. p.
dissolvatur in aquae fontanae ʒiii vel Ⅳ
ebullienti iniiciantur per vices

Crystallorum Tartari in pulverem tritatum quantum ad saturationem salis alcali sufficit & usque dum a novis crystallis adiectis nulla ulterius excitetur effervescentia.

Liquor filtratus per chartam bibulam evaporetur ad siccitatem.

Virtute resolvente, diuretica & leniter purgante gaudet.

Datur pro vario hoc scopo a graniis XXX ʒi ad ʒi. Externe ulceribus fordidis mundificandis prodest.

Tartarus

Tartarus vitriolatus.

Rec. salis Tartari in aqua fontana soluti
& purificati ʒiv

huic & vitrioli guttatum instilletur, donec
effervescentia cessat. Postea humiditate
lento calore evocata, exsiccentur.

Est digestivus, resolvensque. Prodest
hypochondriacis, lienosis, cachecticis,
ictericis, nec non in febribus utilissi-
mus est.

Dosis ʒi ad ʒiv & ultra.

Terebinthina cocta.

Coquitur Terebinthina veneta in s. q.
aque fontanae ad spissitudinem, quae
cum refrigescit, duritiem adquirit.

In gonorrhœa & ulceribus internis lau-
datur a nonnullis a ʒβ ad ʒii exhibita.

Tinctura aloes.

Rec. Aloes soccotrinae ʒii
& vini rectificati ʒx

digerantur ad sufficientem extractionem;
postea filtrata servetur.

Interne vix unquam, sed tanquam
mundificans & vulnerarium a chirurgis
expetitur.

=====

Tinctura alexipharmacæ Huxhamii.

Rec. pulveris corticis peruviani ʒii
 flavedinis corticum aurantiorum ʒiſ
 radicis serpentariae virginianae ʒiii
 croci ʒiv
 coccionell. ʒii
 & vini Gallici ʒxx
 infunde, clausa stent per IV dies, dein
 coletur.

In febribus malignis ad exaltandas
 naturae succumbentis vires a guttis XXX
 usque ad LX exhibetur.

Tinctura antimonii acris.

Rec. Reguli antimonii martialis ʒiv
 Nitri purissimi ʒxx
 pulverisata & mixta detonentur in cruci-
 bulo & operculo tecta fortiter per aliquot
 horas calcinentur, atque, dum adhuc ca-
 let materia, in mortario calefacto illico
 contundantur, vitroque digestorio, itidem
 calefacto, immittatur,
 & & vini rectificatissimi ſſiſ affunda-
 tur, atque ope caloris Tinctura rubicunda
 extrahatur.

Est potentissimum resolvens, in af-
 fe-
 tibus Lymphae rebellibus, tumoribus hy-
 dropicis, suppressione urinae & venerea
 lue

Iue non sine fructu datur. Dosis guttae
XXX — XL in vehiculo aquoso.

Tinctura antispastica Lentini.

Rec. Radicis valerianaæ ʒi
liquoris anodynij m. H. ʒiv
digere in calore modico dies XIV in phiala
alta, vesica tecta, in fine digestionis fer-
vescant, & postquam refrigeruerint, de-
cantentur.

De utili valerianaæ cum liquore ano-
dyno combinatione in voluminis septimi,
parte quarta promptuarii sui agit illustris
Baltingerus, valeriana per se ingrata hac
combinatione grata evadit medicina, in
morbis nervorum & convulsivis motibus
efficacissima. In colica flatulenta haec
Tinctura cum corticum aurantiorum Es-
sentia mixta & omni semihora ad guttas
XL vel L exhibita miros teste celeb. Wil-
lich praestat effectus.

Hic vir doctissimus in promptuarii
supra laudati voluminis IX parte tertia se-
quentem proponit Tincturam.

Rec. Rad. valerianaæ ʒv
flaved. cort. ⓠ curassavicum ʒi
digere methodo supra descripta cel. Lentini
cum liquoris anodynij m. H. ʒxxiv

Praestantiam huius Tincturae nemo non facile perspicet; posset Tinctura antispastica Lentino-Willichiana appellari.

Tinctura Antimonii Tartarisata.

Rec. Salis Tartari ℥
Antimonii elect. ℥
pulverisata & mixta fluant in crucibulo,
valido igne per horam, postea massa in
mortarium calidum effunditur citissime &
ignita adhuc in pulverem contunditur.
Pulveri in phiala,

� vini rectificatissimi ℥
affunditur & ad digestionem reponitur.
Liquor rubineo colore tinctus, a faecibus
separatur, atque residuo

� vini rectificatissimi ℥
denuo affunditur, qui tinctus, uti prior
decanterur.

E residuo sulphur antimonii praepa-
rari potest.

Resolvit, sanguinem purificat, atte-
nuat, urinam movet.

Dosis guttae XL ad LXX.

Tinctura

Tinctura cantharidum.

Rec. cantharidum 3ii

camphorae 3i

~ vini rectificatissimi fluij

digere leni calore per biduum. Colatura servetur.

Externe in paralysi, nec non ad verrucas & condylomata venerea efficax est remedium. Datur etiam a nonnullis in pertinaci Gonorrhœa inveterata, & in hydrope. A paucis incipiendum guttis, aqua dilutis; vidi sic saepius insignes effectus absque ullo incommodo.

Tinctura gingivalis balsamica.

Rec. Terræ laponicae, seu meliori nomine, Succi catechu

myrrhae electae 5a 3i

in pulverem trita irrorentur

balsami peruviani 3i

superfundantur

~ cochleariae

vini rectificati 5a 3iii

digerantur & per chartam filtrata Tinctura servetur.

Ad scorbutum oris, laxitatem & purulentam Gingivarum affectionem, cum melle rosato mixta applicari solet.

*Tinctura Martis aperitiva, tartarisata
Ludovici.*

Rec. vitrioli martis ʒi
cremoris Tartari ʒiv
coque in vase ferreo cum
Aqua fontanae ℥vi
sub continua agitatione, fere ad siccita-
tem, exponatur per aliquot dies aeri, ut
humiditatem attrahat. Massae griseae
adde

Aqua cinnamomi l. v. ʒiv
& ℥ vini rectificati ʒviii
in phiala alta ebulliant simul spatio horae
unius, post refrigerationem liquorem tin-
ctum decanta & percolatum serva.

Residuum cum novo ℥ aqua cinna-
momi diluto, tractari potest.

Tonica est, roborat & appetitum
excitat. Dosis guttae L ad LXXX.

Tinctura Martis elleborata.

Rec. Tincturae Martis Ludovici ʒiv
extraæti Ellebori nigri ʒii
Mixta digerantur & filtrantur in affectibus
hypochondriacis, melancholicisque, &
febre quartana a guttis XL ad LX com-
mendatur.

Tinctura martis cydoniata.

Rec. Limaturae martis purissimae $\frac{ff}{ii}$
affunde

Succi cydoniorum recens ex-
pressi $\frac{ff}{iii}$

stent per aliquot dies in digestione, postea
lento igne in cacabo ferreo, ad dimidiae
partis consumtionem, coquitur; ab igne
remotis adde

Aqua cinnamomi spirituosa $\frac{f}{iiii}$
probe mixta filtrantur & serventur.

Vires habet cum aliis adstringentibus
martialibus similes. Roborat tonum visce-
rum, atque in cachexia, hypochondriaco
affectu, anomaliis mensium utiliter dari
potest.

Dosis $\frac{f}{ii}$ ad $\frac{f}{iiii}$ in vehiculo conve-
nienti.

Tinctura martis pomata.

Eodem paratur modo, atque easdem
possidet vires.

Tinctura martis cum vino malvatico & pomis aurantiis.

Rec. Limat. martis purissimae 3*v*

Pomorum aurantiorum amarorum
succulentorum numero IV

excorticentur poma aurantia & a fungosa
albedine & seminibus liberenur, postea
cortices & succulenta caro in mortario la-
pideo cum limatura martis impastentur;
Pasta reponatur in vitro, ampliore collo,
ad digerendum per biduum, donec affun-
dantur

vini malvatici 3*x*

ad corticum aurantiorum 3*ii*
digesta & expressa filtrantur.

Virtutes habet leniter adstringentes,
balsamicas, carminativas, stomachicas.

Dosis 3*fl* ad 3*ii.*

Tinctura Rhabarbari aquosa.

Est decoctum Rhei aquosum. Sumitur

Rhei optimi 3*i*

aqua communis ffl*i* & additur
plerumque Salis tartari copia parva. Sem-
per ex tempore paranda est haec Tin-
tura.

In

In i^{etero}, febrisque biliosis & nimo ventriculi muco utilis est.

Datur pro vario, vel alterandi, vel laxandi scopo a ʒi ad ʒi & ultra dosibus successivis cochleatim sumendis. —

Tinctura Rhei composita.

Rec. Rhei optimi ʒi

Gentianae ʒiſſ

Serpentariae virginianae ʒi

ꝝ vini

vini generosi ॥ ſſſ

misceantur & extrahatur Tinctura.

Laudatur in affectibus biliosis, hypochondriacis & ipsa dysenteria.

Dosis guttae L ad LXXX.

Tutiae Praeparatio.

Aliquoties, vel ad minimum ter, in crucibulo calefiat, singulis vicibus in aqua extinguatur, tum demum trita in marmore laevigetur.

Uſus est in collyriis, unguentis & Emplastris exſiccantibus.

V.

Vinum antimoniatum Huxhamii.

Rec. Vitri antimoniij in pulverem te-
nuissimum triti $\frac{3}{4}$ i
affunde

Vini ex insula Madera, vel hispa-
nici $\frac{3}{4}$ xiv

digere agitando saepius per dies XII.
Quiescat per XLVIII horas, tunc decanta
& filtra per chartam emporeticam.

Guttatim exhibitum, ne vomitum
moveat, stimulo suo leniori medetur mul-
tis morbis ab obstruzione natis.

Dosis pro aetatis ratione a guttis
X — XX — XXX ad LXXX.

*Vinum Scilliticum, secundum formulam
Richardi de Hautesierck,*

Rec. Scillae $\frac{3}{4}$ i
corticum aurantiorum
calami aromatici $\frac{3}{4}$ ii
infunde cum vini albi $\frac{3}{4}$ ii
digere per triduum.

Colat. adde
oxymellis Scillitici $\frac{3}{4}$ ii

Prin-

Princeps chronicorum morborum, hydro-pis, oedematum, &c. remedium Scilla est, modo non adsint seri inflammatio, spasmus vehemens & scirrhi exulcerati.

Addita aromata & vinum efficiunt, ne ventriculi imbecillitatem Scilla producat, eius usum aliter facile insequentem.

Dosis esto cochlear unum, ter, quaterve de die.

Vinum Scilliticum nostrum.

Rec. Scillae rec. 3ⁱⁱⁱⁱ

cinnamomi 3^v

infunde in vini rhenani generosi 2^{xviii}

flet per XXIV horas in digestione calida,
colatura edulcoretur

Syrupi corticis peruviani 3ⁱⁱ

Dosis ter — quaterve per diem cochlear
unum.

Vitriolum martis.

Rec. Limatura ferri purae 2^{vi}

acidi vitriolici 2^{viii}

aquae ffⁱⁱⁱⁱ

misce & peracta effervescentia flet mix-tura aliquamdiu super arenam calidam;
dein

dein liquorem effusum per chartam colam
& post idoneam exhalationem sepone, ut
crystalli forinentur.

Adstringit, roborat, lumbricis, praefertim latis, adversatur; utiliter datur caecheticis & mensium vitio laborantibus.

Dosis granum I — II — III pro aetatis ratione.

Vitrum antimonii ceratum.

Rec. cerae flavae ʒi

vitri antimonii ʒi

cerae in vase ferreo liquefactae iniice vitrum pulverisatum. Calcina igne leni horam dimidiam, spatula assidue agitans; dein effunde in chartam materiam, quae frigefacta teratur in pulverem.

In Dysenteriis omnibus specificus, & omni aetati utilis venditatur a medicis Edinburgensibus. In aliis quoque evacuationibus nimiis & haemorrhagiis variis, varie laudant.

Dosis a granis II ad X — XII. Nolim autem eius usum promiscuum suadere; si unquam eius assumptio conveniet.

U.

Unguentum aegyptiacum.

Rea. aeruginis ʒiii
 mellis puri ʒviii
 Aceti vini acerrimi ʒiv

aerugo in pulverem teritur, aceto diluitur,
 mellique permixta, lento igne ad mellis
 consistentiam redigitur.

Vim habet desiccandi & mundificandi
 septicam, hinc in ulceribus malignis
 scirrosis & sphacelo utiliter chirurgi exhibent;
 cum melle rosato mixtum Gingivis
 putridis & ulcerosis conduceit.

Unguentum album camphoratum.

Rec. Axungiae porcinae ʒii
 cerussae venetae pulverisatae ʒviii
 camphorae ʒvi
 misce.

Desiccat, refrigerat, inflammationibus levioribus medetur.

Cave vero in Erysipelite applies.

Unguen-

Unguentum Altheae.

Rec. Rad. Altheae rec. $\frac{f}{z}$ i

sem. foenugraeci

Lini $\frac{z}{z}$ vi

Rad. curcumae $\frac{z}{z}$ ii

Butyri maialis rec. non saliti $\frac{f}{z}$ x

coque leni igne ad humiditatis consumptiōnem. Colatura servetur. Emolliendi, resolvendique vim habet.

Unguentum antiischiadicum Home.

Rec. camphorae $\frac{f}{z}$ i

solve in olei terebinthinae $\frac{z}{z}$ ii

admisce salis c. c. grana XV

pulveris cumini romani $\frac{z}{z}$ ii

unguenti nervini $\frac{z}{z}$ ii

Saponis nigri $\frac{z}{z}$ i

misce.

Hoc unguentum super alutam extendi & sic applicari debet. Laudatur tanquam efficacissimum remedium in Ischiade, pertinacissimo plerumque malo, a celeberrimo Home. In eodem morbo laudat Tissotus unguentum ex calce viva cum melle remixta, cuius egregias vires ter observare mihi contigit, postquam omnia,

omnia, laudatissimā & efficacissima medicamina, frustra tentaveram.

Unguentum digestivum.

Rec. Terebinthinae venetae ℥ii
solve & misce cum
Vitellis ovorum, numero IV
adde olei hyperici ℥i
pulveris olibani
myrrhae ʒ iii
misce.

Digerit & suppurationem promovet
in vulneribus ac abscessibus.

Unguentum de hyoscyamo.

Rec. foliorum hyoscyami recentium ℥i
contundantur cum
axungiae porcinae ʒ x
coquantur ad humiditatis consumtionem,
exprimantur & expresso addantur
olei hyoscyami e semine ex-
pressi ʒ ii
mixta serventur.

Anodynum & emolliens est, ad do-
lores haemorrhoidum sedandos utile.

Unguen-

=====

Unguentum de Linaria.

Rec. Herbae Linariae, cum floribus
pinguedinis porcinae $\frac{3}{4}$ ℥
contundantur, coquantur ad humiditatis
consumptionem & exprimantur.

Specificam habetur ad haemorrhoides
dolentes, quibus plumaceolo, vitello ovi
mixtum, applicatur.

Unguentum Lithargyrii.

Rec. Lithargyrii $\frac{1}{2}$ ℥
cerussae $\frac{3}{4}$ ℥
Aceti $\frac{1}{2}$ ℥
olei rosati $\frac{1}{2}$ ℥
fiat in mortario plumbeo, optime agitando,
unguentum.

Epaloticum est & sarcoticum.

Unguentum S̄riale rubrum.

Rec. S̄rii praecipitati rubri $\frac{1}{2}$ ℥
axungiae porcinae $\frac{3}{4}$ ℥
misce fiat unguentum.

In ulceribus sordidis venereis nec
non in tinea capitis rebelli a cel. Mar-
quet,

quet. Laudatur, si omni mane & vesperi
caput illo illiniatur. —

Unguentum neapolitanum.

Rec. $\frac{1}{2}$ rii crudi $\frac{1}{2}$ iv
Terébinthinae venet. $\frac{1}{2}$ ii
misce exakte, ut $\frac{1}{2}$ rius extinguitur, ad:
misce
Axungiae porcinae $\frac{1}{2}$ x
misce fiat Unguentum.

Usus est in bubonibus venereis, nec
non ad salivationem in lue venerea exci-
tandam.

Unguentum nervinum.

Rec. Unguenti Altheae $\frac{1}{2}$ viii
liquoris c. c. Succinati
Tincturae cantharidum $\frac{1}{2}$ i
olei destillati chamomillae
— — — menthae
— — — Baccarum lauri Iu-
niperi $\frac{1}{2}$ i
misce fiat Unguentum.

Ad frigidos nervorum affectus, pa-
ralyzin & similes commendatur.

Unguentum ophtalmicum Sellei.

Rec. ♀rii praecipitati rubri 3ii
tutiae subtilissime praep. 3i
camphorae grana XV
olei ovorum 3*fl*
Butyri maialis recentis insulsi 3*fl*
misce fiat unguentum.

Laudatur in maculis corneae & sta-
phyloamatibus vesperi lentis magnitudine
oculi cantho applicatum.

Unguentum ophtalmicum Janini.

Rec. axungiae porcinae in aquae rosa-
rum ter lotae 3*fl*
Tutiae praeparatae
Boli arménae 2*fl*
♀rii praecipitati albi 3i
misceantur in mortario vitro intime.

Laudatur in psorophtalmia, si omni-
mane & vesperi, quantum pisí minoris
magnitudo aequat, oculo applicatur. In
eodem morbo laudat illustris Richterus
♀rium praecipitatum rubrum cum pin-
guedine mixtum.

Unguen-

Unguentum ad Scabiem.

Rec. vitrioli albi

florum sulphuris partes atlaticas

subtilissime pulverisata misceantur cum
axungiae porcinae s. q. ut fiat unguentum.

Primo descriptum est hoc unguentum
a chirуро Jasser, qui illius praeparationem
a vidua adepti obtinuit. Addit ille adhuc
pulverem baccarum lauri, oleum laurinum &
loco axungiae oleum lini. Celeberrimi viri
Schmucker, Buchholz, Ackermann & pri-
mus descriptor Jasser omnes in hoc un-
guento adversus scabiem laudando conve-
niunt. Applicatur volae manus quantum
fabae minoris magnitudo aequat, vel pro
circumstantiarum ratione plantis pedum
portio dupla, bis de die mane & vesperi
& sic scabiem brevi tempore sanare obser-
vatum est.

Unguentum ad Scorbutum oris.

Rec. Mellis Rosarum ʒii

liquaminis myrrhae ʒii

vitrioli ʒii

misce fiat unguentum.

Docet usum Titulus.





Addenda & suo loco supplenda.

B.

Balsamum vitae externum.

Rec. Saponis veneti siccati libram I
olei terebinthinae libras II
Salis tartari 3*iii*
misce, & solve.

Resolvit tumores frigidos, nec non
in paralyssi, rheumatismis chronicis &c.
valdopere prodest; si v. g. 3*i* soluta in
aqua libra fomenti, aut stillicidii instar
adhibetur.

Balsamum saponaceum Plenkii.

Rec. spiritus vini rectificati libras IV
 saponis albi hispanici 3x
 solve leni igne, adde
 camphorae tritae 3ii
 olei stillatitii rotismarini
 origani ana 3 β
 misce agitando.

In tumoribus cysticis discutiendis, in
 doloribus rheumaticis, articulorum rigiditate &c. guttae XXX saepius per diem illinitiae haud spernendi sunt emolumenti.

C.

Collutorium odontulgicum Plenkii.

Rec. Rad. Pyrethri 3ii
 salis ammoniaci 3i
 opii puri gr. II
 acetii vini
 aquae stillatitiae lavendulae ana 3ii
 misce, digere per horam vase clauso in
 balneo mariae, colatura servetur.

In dentibus cariōsis dolentibus aut a
 theumate dolentibus saepius per diem uti-
 N 3 liter

liter cochlear I huius collutorii ore tenetur.

E.

Effentia aconiti.

Rec. herbae aconiti pulv. ʒi
affunde

liquoris anod. m. H. ʒiiß
digere frigide, concutiendo crebrius vi-
trum & filtra.

Exhibitentur guttae XX — XXX aliquoties de die. Kaempf laudat in suo de infarctibus libello hanc essentiam in glandularum mesentericarum obstruktione, nec non in arthritide & rheumatismis.

G.

Gargarisma mercuriale Plenckii.

Rec. mercurii vivi ʒß
Gummi arabici ʒiii
Syrupi diacodii ʒβll
mercurii c. gr. VI

misce terendo in mucilaginem,

adde

adde Decocti flammulae Iovis libras II
 mellis rosati ʒi
 Essentiae myrrhae ʒi
 misce ut fiat Gargarisma.

Sanat ulcera venerea maligna, lardacea palati, fauciumque. In Ozaena venerea utiliter naupibus iniicitur.

L.

Liquor tartari solubilis Vogleri.

Rec. spiritus salis Ammoniaci aquosí fortissimi (ex sale ammoniaco, cineribus clavellatis & aqua compositi) q. v. inspergatur pulvis tener crystallorum tartari paulatim & tamdiu, donec nulla amplius effervescentia oriatur. Reponatur per aliquot dies in loco calido & subinde agitur. Postea clarum a sedimento per filtrum separetur.

Resolvens est & diureticum egregium & a Kaempfio inter optima remedia visceralia numeratur.

M.

Mars solubilis seu tartarisatus Vogleri.

Rec. Limaturaē martis ope magnetis de-
puratae partem I
crystallorum tartari pulveratarum
partes II
misceantur, aqua fervida humectentur &
exsiccentur aliquoties, ut ferrum exakte
resolvatur. Massa tandem contundendo,
per cribrum & linteum traiiciendo rediga-
tur in pulverem tenerimum.

In roboranda primarum viarum ato-
nia, in primis, si adhuc aliqualis saburra
in illis moretur, laudat Kaempf.

P.

Pulvis anticancrosus Bernardi.

Rec. cinnabaris artefactae 3ii
cinerum e calceis antiquis combu-
stis gr. VIII
Sanguinis draconis gr. XII
arsenici albi 3ii
misce fiat pulvis.

Pulvis hic cum addita aqua in pultem
redigendus penicilli ope omni ulceris can-
crossi

erosi superficie duodenarii crassitie applicatur, cui deinde superimponitur agarici portio. Plerumque dolor & inflammatio sequuntur; quae tamen non adeo magni momenti habentur. Post aliquot dies crusta decidit, remanetque ulcus purum, benignumque. Ante pulveris huius applicationem purgans aegroto exhibetur, illeque sub usu eiusdem diaetam lacteam servare debet. In ulceribus solummodo faciei cancrois opem praestare perhibetur, in illisque eo confidentius adhiberi poterit, quum paucissima haetenus remediorum genera in hoc foedo malo vix aliquid iuvare visa fuerint.

S.

Sapo antimonii cum resina Lalappae.

Rec. hepatis antimonii ʒii & ʒii
alcali mineralis caustici ʒvi
solve in aquae destillatae ʒvi
huic solutioni filtratae admisce in mortario
serpentino resinae Lalappae ʒiii & ʒii.

Reponatur hoc mixtum in locum calidum & saepius agitetur. Die sequenti solvatur sapo hic circiter combinatus in

N 5 aquae

aquae destillatae libris III & evaporetur in vase vitro, igne leni sub perpetua agitatione ad spissitudinem mellis. Si iam adhuc aliquid nondum plenarie solutum, neque tamen sapor causticus amplius inventatur; solvatur in aquae destillatae Mensura I hic sapo, & solutione fervide filtrata, inspissetur ad consuetam saponis duritiem.

Sapo antimonii resinosis cum Gummi ammoniacō.

Rec. hepatis antimonii ʒii & ʒii
alcali mineralis caustici ʒi & ʒi
solve in aquae destillatae calidae ʒviii
cum hac solutione filtrata misce, ut supra
factum est,

Gummi ammoniaci puri ʒv.

Si plenarie solverentur & sapor adhuc remaneret causticus, adhuc Gummi ammoniacum addi deberet, fin minus, ex residuo in filtro determinari posset, quantum Gummi ammoniaci solutum fuerit; tunc praecedentis saponis cum resina Jalappae tantum additur, ut quantitas Gummi ammoniaci reciproca ad resinam Jalappae sit, ut 4:1.

Hacc

Haec determinata proportio in sapone cum Gummi ammoniaco praeparando non ubique adplicabilis est, dum in uno gummate mox plus ad saturationem requiritur, mox ad intimorem combinationem longiori opus sit labore. Proportio in sapone cum Asa foetida convenient cum Gummi ammoniaco, in sapone antimonii autem cum Guaiaco praincipue ad saturationem erit respiciendum.

De hoc antimonii sapone Kaempf asserit, se nullum nosse remedium praestantius in solvendo sanguinis coagulo, in corrigenda lympha & referanda minimorum vasculorum obstructione; tunc in reliquiis febrium, in viscerum & glandularum obstrunctionibus, indeque orto hydrope, in tussi convulsiva, febri quartana & scrophulis specifice agere contendit. Augetur huius remedii efficacia, si mercurius dulcis, extractum aconiti &c. pro re nata adduntur. Optat Kaempf, ut cum hoc sapone mercurio iuncto in clysteribus experimenta instituerentur.

=====

*Sulphur antimonii extemporaneum
Kaempfii.*

Rec. tartari emetici gr. III
 laetis sulphuris
 Elaeosacchari citri, seu chamo-
 millae, seu caiapuri ana Æiv
 laudani liq. Sydenh. guttas VIII
 misce triturando.

Exhibetur pro dosi Æi. Laudatur in
 acrimonii sanguinis versus cutem easdem
 determinando, nec non scopo resol-
 vendi.

F i n i s .



